a εἰς τούτους. Calix si inclinatur, tunc effunditur vinum, *inclinare poculum* autem est h. l. *propinare.* — הִשְׁכִּיב Hiph. a שָׁכַב, *cubare facio.* Job. XXXVIII. 37. οὐρανὸν εἰς γῆν ἔκλινε. Κλίνειν εἰς γῆν, si de nubibus, ut h. l., sermo est, notat *efficere, ut pluviam demittant,* et שָׁכַב in l. Arab. (سكب) habet notionem rariorem, ut sit *effundere.* Vide Exod. b XVI. 13. ubi de *effusione roris* dicitur. Alii vertere malunt: *cœlum circa terram quis in orbem curvavit, ut ei quasi incumbere videatur?* — *חָמַק, *per circuitum vel ambitum diverto.* Aqu. Cant. V. 6. ἔκλινεν, *subduxit se.* — יָרַד, *descendo.* Jud. XIX. 11. ἡ ἡμέρα κεκλικυῖα σφόδρα, sc. εἰς ἑσπέραν, dies *valde inclinata* in vesperam. Ita quoque Inc. — *כֵּן, c *recte.* Ies. XXXIII. 23. ἔκλινεν. Legerunt לֹא כֵן, *non firme stat.* — כָּרַע, *incurvo me.* Esdr. IX. 5. κλίνω (sc. ἐμαυτὸν) ἐπὶ τὰ γόνατά μου, *inclino me,* h. e. *procumbo* in genua mea. Al. 1 Reg. VIII. 55. — מוֹט, *moveor.* Ps. XLV. 6. ἔκλιναν βασιλεῖαι, *inclinarunt* regna, sc. *ad interitum.* Non opus est statuere, eos loco מָטוּ legisse נָטוּ. Confer quoque d Ps. CIII. 6. — מוּשׁ, *recedo.* Zach. XIV. 4.—*נוּס, *fugio.* Symm. Cant. II. 17. κλιθῶσιν αἱ σκιαί. Aqu. ib. V. 6. Num fortasse נָטוּ legerunt a נָטָה? Sed κλίνεσθαι quoque *in fugam verti* notat ad imitationem Hebr. הִטָּה. — נוּעַ, *moveor.* Ies. XXIV. 20. ἔκλινεν, sc. ἑαυτὸν, *inclinabat se, nutabat.* — נָטָה: הִטָּה, Kal et Hiph. Jud. IX. 3. ἔκλινεν ἡ καρδία e αὐτῶν ὀπίσω Ἀβιμέλεχ, *inclinabat cor illorum post Abimelechum,* h. e. *efficiebat, ut Abimelecho faveret* s. *a partibus ejus staret.* Vid. et 1 Reg. II. 28. Jud. XVI. 30. sec. Alex. Ald. Compl. 2 Reg. XIX. 16. κλῖνον, κύριε, τὸ οὖς σου, *inclina, Domine, aurem tuam.* Vide et Ps. XVI. 7. XXX. 2 Ps. CI. 12. αἱ ἡμέραι μου ὡσεὶ σκιὰ ἐκλίθησαν, dies mei, tanquam umbræ, inclinati sunt, h. e. vita mea similis est umbræ inclinatæ, seu: mox finem habebit. Jerem. VI. 4. κέκλικεν ἡ ἡμέρα, sc. εἰς ἑσπέραν, h. e. *vesperascit.* Ps. XX. 12. κλίνειν εἰς τινα κακὰ est *consilia impia capere contra aliquem.* Metaphora desumta est a venatoribus, qui plagas et retia tendunt feris. Nam נָטָה est quoque *tendere.* — נָטַשׁ, *extendo me.* 1 Sam IV. 2. — *עָטָה. Vide infra s. v. עָשָׂה. — עֶרֶשׂ, *lectus.* Amos III. 12. ubi tamen Drusius Miscell. Cent. I. c. 42. non præter rationem suspicatur, quod pro ἐν Δαμάσκῳ κλινῇ ἱερεῖς LXX primum scripserint ἐν Δαμάσκου ἄρεις vel ἱερεῖς, in alia vero editione pro hoc lectum sit ἐν Δαμάσκου κλίνῃ, h. e. *in Damasci grabbato* juxta Hieronymum, atque inde κλινῇ corrupte τοῖς ... insertum sit pro κλίνῃ. — עָשָׂה, *facio.* 1 Sam. XIV. 32. ubi ἐκλίθη an cum Bielio ad lectionem textualem וַיַּעַשׂ, aut cum reliquis Intt. ad marginalem וַיַּעַט (ab עָטָה, quod præter alia notat *cum impetu ferri, invehi, involare*) referendum sit, vix definiri poterit. Nam, ut Schultensius ad Prov. XXXI. 30. docuit, עָטָה proprie est *incumbere,* et in l. Arab. عشى *deflectere,* etiam *irruere* notat. Confer quoque Fischeri Prol. de Vers. GG. V. T. p. 160. — *פּוּר: הִתְפּוֹרֵר. Theod. Ies. XXIV. 19 κλινομένη κλιθήσεται ἡ γῆ, sec. Montf. *in fugam acta fugiet terra.* Sed possunt hæc verba eodem jure quoque ad sequentia מוֹט הִתְמוֹטְטָה aut ad נוֹעַ תָּנוּעַ v. 20. referri, in quo posteriori loco etiam LXX voce κλίνειν usi sunt. — פָּנָה, *respicio.*

a Jud. XX. 42. ἐπέβλεψαν ἐνώπιον ἀνδρὸς Ἰσραὴλ, terga dederunt Israëlitæ. Recte, hunc enim sensum habet h. l. פָּנָה. Jer. VI. 4. κέκλικεν ἡ ἡμέρα. Inc. 1 Sam. X. 9. — צָעָה : צָעָה, Kal et Pih. perago, peregre ago. Jer. XLVIII. 12. Respexerunt notionem inclinandi, quam habet vox Hebr. Vide Simonis Lex. Hebr. p. 1378. Doederleinius in notis ad Grotium :
b צָעָה est inclinare vas, in latus vertere, sternere. Hinc κλινοντας sunt stratores (ut Vulg. transtulit), qui vasa sternunt, ut effundant. Arabs loco κλίνοντας et κλινοῦσι legit κρίνοντας et κρινοῦσι. — רָפָה, deficio. Inc. et LXX Jud. XIX. 9. κέκλικεν ἡμέρα εἰς ἑσπέραν, dies inclinavit in vesperam. Ex hoc loco patet, quod in verbis paulo ante ex Jud. XIX. 11. IX. 8.
c Jer. VI. 4. adductis, ut et Luc. IX. 12. XXIV. 29., εἰς ἑσπέραν subaudiendum sit. Confer et Raphelii not. Polyb. p. 201. — שָׁחַח, incurvo me. Aqu. Cohel. IV. 12. κλιθήσονται. Sir. IV. 8. et VI. 35. κλίνειν τὸ οὖς, benevolas præbere aures. Sir. XV. 4. LI. 22. ubi κλίνειν τὸ οὖς attentum esse notat.

*ΚΛΙΣΙ'Α, proprie accubitus, de-
d inde locus, ubi accumbitur, sella, tentorium. 3 Macc. VI. 31. τόπον κλισίας κατεμέρισαν, locum tabernaculorum divisere, h. e. tentoria, tabernacula ibi fixerunt. Hesych. κλισία, κλίνη, σκηνή. Plutarch. de Discrim. Am. et Ad. c. 22. Joseph. A. J. XII. 2. p. 594. Haverc. κλισίαν ποιεῖν de struenda mensa, vel potius de pulvinaribus mensæ apponendis. Conf. Lex. N.
e T. s. h. v.

ΚΛΙ'ΣΙΣ, inclinatio. יַרְכָה, latus. Ps. CXXVII. 3. ἐν ταῖς κλίσεσι τῆς οἰκίας, in lateribus domus.

. ΚΛΙ'ΤΟΣ, latus, plaga, angulus, extremitas. *יָד, manus, etiam latus. 2 Sam. XVIII. 4. sec. Compl. ubi κλίτος aut est glossema, aut alius interpretis. — יָרֵךְ, femur, etiam latus, terminus, angulus. Exod. XL. 20. 22. — כָּתֵף : כָּתֵף, latus. Ex. f XXVII. 14. 15. Ezech. XLVII. 1. 2. — מִקְצוֹעַ, angulus. Ez. XLVI. 22. κατὰ τὰ κλίτη τῆς αὐλῆς, ad latera atrii. Gloss. MS. in Ezech. τὰ κλίτη, τὰ πλευρά. — פֵּאָה, idem. Ex. XXVI. 18. XXVII. 9. 11. et alibi sæpius. — פְּעָמוֹת plur. anguli. Ex. XXV. 12. ἐπὶ τὰ τέσσαρα κλίτη αὐτῆς, ad quatuor angulos ejus. Lex. Cyrilli MS. Brem. κλίτη, κλί- g ματα, γωνίαι. Exod. XXXVII. 3. — צַד. Ps. XC. 7. πεσεῖται ἐκ τοῦ κλίτους σου χιλιὰς, cadent ex latere tuo mille. Apud Suidam ex h. l. κλίτος exponitur μέρος πλάγιον. Ex. XXV. 32. XXXVII. 19. — צֵלָע, latus. Exod. XXV. 12. 14. XXVI. 20. 27. et alibi. Adde Inc. et LXX sec. Compl. 2 Sam. XVI. 13. ubi reliqui habent πλευρά. — קָצֶה masc. h finis. Exod. XXVI. 28. et XXXVI. 30. — קָצָה fœm. idem. Ex. XXV. 18. 19. 20. et alibi. — רְחוֹב, platea, h. l. area. 2 Par. XXIX. 4.

'ΑΠΟ' ΤΟΥ͂ ΚΛΙ'ΤΟΥΣ, a latere. מִמּוּל, e regione. 1 Reg. VII. 38.

ΚΛΟΙΟ'Σ, vinculum, quod collo circumdatur, jugum, collare, torques, catena. מוֹטָה, jugum. Jer. XXVII. 1. XXVIII. 10. 12. 14. Theod. i Ies. LVIII. 16. — עֲבֹת, funes. Theod. et Vta Ed. Ps. CXXVIII. 4. κλοιούς. — עַבְטִיט, densum lutum. Hab. II. 6. Ita Bielius Trommium secutus, sed loco ipso non inspecto. Nam τῷ עַבְטִיט respondet ibi στιβαρῶς, et τὸν κλοιὸν αὐτοῦ pertinet ad עָלָיו. Male itaque nonnulli statuunt, LXX עַבְטִיט derivasse ab עֲבוֹט, pignus, aut ab עֲבֹת, funis. — עֹל, jugum. Deut. XXVIII. 48.

a ἐπιθήσῃ κλοιὸν σιδηροῦν ἐπὶ τὸν τράχηλόν σου, imponat jugum ferreum cervici tuæ. Similiter Plutarchus in Fabio: ἐπιθήσει κλοιὸν σιδηροῦν ἐπὶ τράχηλόν σου. Conf. Sir. VI. 26. Schol. Cerdæ in Psalter. Salom. apud Fabricium in Cod. Pseudepigr. V. T. pag. 980. Salmasium de Mod. Usur. p. 814. et Fullerum Miscell. Sacr. Lib. V. c. 2. 1 Reg. XII. 4. 9. 10. 14. —
b *עֹל, super. Hab. II. 6. τὸν κλοιὸν αὐτοῦ, ubi pro עָלָיו legerunt עֹלוֹ, vel עֹלוֹ, seu עָלָיו. — עֲנָק, torques. Jud. VIII. 26. Prov. I. 9. In utroque loco κλοιὸς non est, ut vulgo sumitur, vinculum, quod ad constringendum et coërcendum injicitur, sed torques ad ornandi pulchritudinem et dignitatem, de qua significatione nihil commemoravit H. Stephanus
c et Spanhemius in Confirm. Annot. ad Juliani Cæs. p. 38. Pro torque tamen extat Genes. XLI. 42. unde est ἐγκλοιοῦσθαι, quod vide supra. — רָבִיד, idem. Gen. XLI. 42. περιέθηκε κλοιὸν χρυσοῦν περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, circumposuit torquem auream circa collum ejus. Aqu. Symm. Ezech. XVI. 11. Confer Sirac. VI. 31. — שֶׂכֶל, intellegentia. Dan. VIII. 25.
d Vide infra ad Sir. VI. 25. a me notata. — שְׁלָטִים plur. scuta. Al. 1 Par. XVIII. 7. et Aqu. 2 Sam. VIII. 7. κλοιοὺς τοὺς χρυσοῦς, ubi vide Hex. — Sir. VI. 25. ubi κλοιὸς metaphorice notat leges et præcepta sapientiæ et religionis. Verba sunt: εἰσένεγκαι εἰς τὸν κλοιὸν αὐτῆς (sc. σοφίας) τὸν τράχηλόν σου, et ibid. v. 30. οἱ κλοιοὶ αὐτῆς ἔσονταί σοι εἰς στολὴν
e δόξης. Nihil autem usitatius est Græcis et orientalibus scriptoribus comparatione legum ac præceptorum Dei vel cum vinculis, vel cum jugo et onere, ut nempe partim earum vis obstringens indicetur, partim molestia innuatur conjuncta illa cum primis veræ sapientiæ acquirendæ conatibus. Confer s. ζυγὸς et πέδη. Hesych. κλοιὸς, μέρος τι τῆς νεὼς, ἢ περιτραχήλιος δεσμὸς, κολλάριον, ἤτοι f μανιάκης. Gloss. Brem. κλοιὸν, περιδέρον (lege περιδέραιον) περὶ τὸν τράχηλον. Confer Schol. Aristoph. in Vesp. v. 900. Fullerum Miscell. Sacr. Lib. V. c. 8. ac Schiefferum de Antiqu. Torqu. §. 2. pag. 9. Lucian. Revivisc. c. 12. pag. 581. ἱερῶν περιδέραια χρυσᾶ, τῶν κλοιῶν στεγανώτερα.

ΚΛΟΝΕ'Ω, commoveo, agito, turbo, g perturbo. Κλονοῦμαι, irascor, indignor, moveor, etiam rixor, contendo. נוּעַ. Symm. Jud. IX. 13. κλονεῖσθαι. — רָגַז, commoveor. Aqu. (sec. Procop. Cat. Nic. T. II. p. 146.) Ex. XV. 14. ἐκλονήθησαν, ubi Schol. ἐταράχθησαν, quæ vox in Hex. Incerto tribuitur. Aqu. 1 Sam. XXVIII. 15. ubi Vulgat. inquietare. Aqu. 2 Sam. VII. 10. Vulgat. turbabitur, h h. e. deturbabitur de sedibus suis: ubi vide Hexapla. Aqu. 2 Sam. XVIII. 30. Idem Ies. XIII. 13. Genes. XLV. 24. κλονεῖσθαι, rixari. Aqu. Job. III. 26. ubi notat exagitare alios. Idem Psalm. IV. 5. κλονεῖσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε, per me moveamini, sed videte, ne sic Deum offendatis. Hesych. κλονεῖ, ταράσσει, φθείρει, φοβεῖ. Idem κλονέονται, ταράττονται. i Idem κλονέοντο, ἐθορυβοῦντο, ἐταράσσοντο, καὶ τὰ ὅμοια. Id. ἐκλονεῖτο, ἐταράσσετο, κλόνος γὰρ ἡ ταραχή. Lex. Cyrilli MS. Brem. κλονουμένου, ταρασσομένου, σαλευομένου.

ΚΛΟ'ΝΗΣΙΣ, commotio, perturbatio. רֹגֶז, commotio, tremor. Aqu. sec. Hex. Job. III. 26. κλονήσεως, cujus loco apud L. Bos. post Drusium κλονῆσαι perperam exhibetur. Id. Job. XIV. 1. κλονήσεως. Vulgat. repletur k multis miseriis.

ΚΛΟ'ΝΟΣ, motus, turba, perturbatio. רֹגֶז, commotio, tremor. Al. Job. III. 26. κλόνος. Vocem hanc Drusius tanquam scholion attulit. V. κλόνησις. Suidas: κλόνος, θόρυβος, τάραχος.

a ΚΛΟΠΗ', *furtum*. גַּנָּב, *fur*. Jer. XLVIII. 27. ἐν κλοπαῖς σου εὑρέθη. Legerunt בִּגְנוּבָיִךְ. — גָּנֹב infin. Hos. IV. 2. — גָּנוּב part. Pah. Proverb. IX. 17. — גֻּנַּב Pyh. Job. IV. 12. πρὸς ἐμὲ δὲ ἐλαλήθη λαθραίως ἐν κλοπῇ. Ita quoque Symm. Duæ hic versiones coaluerunt, quarum altera fortasse desumta est ex altera Symm. editione. Vide Tob.
b IV. 12. Sap. XIV. 25. Sir. XLI. 23. et confer Matth. XV. 19. Marc. VII. 22.

ΚΛΟΠΟΦΟΡΕ'Ω, *furtim aufero, diripio*. גָּנַב, *furor*, et גָּנַב לֵבָב, *furor cor*. (utrumque enim h. l. in textu Hebr. extat.) Genes. XXXI. 26.

ΚΛΥ'ΔΩΝ, *fluctus, procella, tempestas*. סַעַר, *procella*. Jon. I. 4. 12.
c Confer Lex. N. T. s. h. v. — סֹעֵר part. *procellis agitatus*. Jon. I. 11. Sap. XIV. 5. XIX. 7. 1 Macc. VI. 11. ubi κλύδων metaph. de *magna et vehementi calamitate* adhibetur, et cum θλίψις permutatur. Verba sunt: ἕως τίνος θλίψεως ἦλθον καὶ κλύδωνος μεγάλου. Vulgatus: *in quantam tribulationem deveni, et in quos fluctus tristitiæ, in qua nunc sum.*
d Conf. Glassii Philol. S. pag. 1075. Hesych. κλύδων, χώρα, καὶ ἡ τοῦ ὕδατος φορὰ, ἢ κυμάτων σφοδρότης. Lex. Cyrilli MS. Brem. κλύδων, λαῖλαψ, καταιγὶς, ἐπιφορὰ ἀνέμου σφοδροῦ.

ΠΟΛΥ'Σ ΚΛΥ'ΔΩΝ, *multi fluctus, magna tempestas*. רֹאשׁ חִבֵּל, *summitas mali nautici*. Prov. XXIII. 34. Legerunt בְּרַעַשׁ חֹבֵל vel בְּשַׂעַר, quæ est ipsa legendi pro-
e nuntiandique ratio, quam Michaëlis vulgatæ præferendam judicavit.

ΚΛΥΔΩΝΙ'ΖΟΜΑΙ, *fluctuum ad instar agitor, fluctibus agitor, fluctuo*. נִגְרַשׁ כַּיָּם Niph. *propellor sicut mare*. Ies. LVII. 20. οἱ δὲ ἄδικοι κλυδωνισθήσονται, injusti autem tanquam fluctus agitabuntur. Conf. Ephes. V. 14. et Lex. N. T. s. h. v. Hesych. κλυδωνίζεται, ταράττεται, παραχρούνται. f

ΚΛΥ'ΖΩ, *abluo, lavo*. שָׁטַף, *immergo*. Lev. VI. 28. ubi pro κλύσει alii habent ἐκκλύσει. Symmach. Ies. XXVIII. 15.

ΚΛΩ'ΘΩ, *neo, glomero*. Hinc part. præt. pass. κεκλωσμένος, *netus, tortus, glomeratus*. מָשְׁזָר, *contortum, duplicatum*. Exod. XXVI. 1. 36. XXVII. 9. et alibi sæpius.—פָּתִיל, *filum, funiculus*. Ex. XXVIII. 33. g
—שָׁנִי, *dibaphum, bis tinctum*, etiam *duplicatum*. Ex. XXVI. 1. XXVIII. 33. ἐκ κοκκίνου κεκλωσμένου, sc. σπαρτίου, ex filo coccineo *retorto*. Præterea legitur quoque apud LXX Exod. XXV. 4. ubi κεκλωσμένην post βύσσον huc ex cap. XXVI. 1. irrepsisse videtur. Nihil enim ei respondet in textu Hebraico. Hesych. κεκλωσμένου, διανενησμένου. Vide et Sir. h
XLV. 12.

ΚΛΩ'Ν, *ramulus, surculus*. Sap. IV. 5. περικλασθήσονται κλῶνες ἀτέλεστοι, resecabuntur *ramuli* imperfecti. Lex. Cyrilli MS. Brem. κλῶνες, κλάδοι. Vide quoque supra s. v. ἄγνος.

ΚΛΩ'ΝΕΣ ΠΟΔΩ'Ν, *extremitates s. plantæ pedum*. בַּדֵּי עוֹר, *vectes cutis*. Job. XVIII. 13. Κλῶνες in universum τὰ ἄκρα significare vi- i
detur.

ΚΛΩ'ΣΜΑ, *filum* vel *funiculus contortus*, ἀπὸ τοῦ κλώθειν, a *convolvendo* vel *contorquendo* sic dictus. פָּתִיל, idem. Num. XV. 36. κλῶσμα ὑακίνθινον, *filum* hyacinthinum. Theod. et LXX Jud. XVI. 9. Inc. Exod. XXVIII. 18. Confer Sirac. VI. 32. κλῶσμα ὑακίνθινον, ubi Aldus excudit κλᾶσμα, i. e. *fragmen*, sive: *frustum*. Sed judice Drusio κλῶσμα est rectum, et sine dubio respexit auctor libri ad locum Num. XV. 36.

a ΚΛΩΣΤΌΣ, *netus, tortus.* שָׁנִי, *duplicatum.* Levit. XIV. 4. τὸ κλωστὸν κόκκινον, scil. στρεπτόν, filum tortum coccineum.

ΚΝΑΙ΄Ω. Vide in κνίζω.

ΚΝΑΦΕΥ΄Σ, *fullo.* כּוֹבֵס, idem. Aqu. Symm. Theod. Ies. VII. 3. Vide supra γναφεύς.

ΚΝΑ΄Ω, *scalpo.* הִתְגָּרֵד Hithp. a גָּרַד. Hebr. Int. Job. II. 8.

b ΚΝΗ΄ΜΗ, *tibia, crus.* שׁוֹק, idem. Deut. XXVIII. 35. Cant. V. 16. Ies. XLVII. 2. Psalm. CXLVI. 11, ubi Chrysostomus intellexit περικνημίδας, *ocreas;* non omnino male. Pro *tibiis* ed. Rom. et Gallic. Hilar. et Augustin. habent *tabernacula,* etiam Arnobius. Hi igitur Latini Intt. legerunt σκηναῖς, quæ varietas ex Hebræo nata est, quod alii legec runt שׁוֹקֵי, *tibias,* alii סֻכּוֹת, *tabernacula.* Add. αἱ λοιποὶ Ex. XXIX. 22. Vide quoque Montf. ad 1 Sam. IX. 24. ubi Aquila et reliqui hac voce usi sunt. — שָׁק Chald. Dan. II. 33. Confer de hac voce, quæ ex Photii Epistola notat Hoeschelius ad Phrynichum v. κολλύριον p. 27.

ΚΝΗΜΙ΄Σ, *tibiale, ocrea.* מִצְחָה, vulgo *frontale,* etiam idem cum d Arab. transposito مِصْحَةٌ, *ocrea, tibiale,* a splendore. 1 Sam. XVII. 6. κνημῖδες χαλκαῖ ἐπὶ τῶν σκελῶν αὐτοῦ, ocreæ ferreæ in cruribus ejus. Fuit militare calceamentum, quod Græcos etiam gestasse patet ex Homeri et Hesiodi locis observatis Feithio Antiqu. Homer. Lib. IV. c. 8. p. 341. Unde etiam Achivi Homero Il. Η΄, v. 41. vocantur χαλκοe κνημῖδες, h. e. juxta Hesychium: οἷς σιδηραῖ ἦσαν ἢ χαλκαῖ αἱ κνῆμαι. — שׁוֹק, *tibia, crus.* Rel. Levit. VIII. 25. Suidas: κνημίς, τὸ περιτιθέμενον τοῖς ποσὶν ὑπὸ τῇ κνήμῃ ὑπόδημα.

ΚΝΗ΄ΦΗ, *prurigo, pruritus, scabies.* חֶרֶס, *scabies.* Deut. XXVIII. 27. Gloss. in Octat. κνήφῃ τῇ ἐλεφαντιάσει. Vide supra s. ἐλεφαντίασις.

ΚΝΙ΄ΖΩ, *vello, pungo, pruritum excito, seco, rado, abscindo.* בָּלַס, f *perquiro, colligo.* Amos VII. 14. αἰπόλος ἤμην κνίζων συκάμινα, caprarius eram *secans* sycamina. Liberius transtulerunt, aut secuti sunt notionem verbi בָּלַס nobis ignotam. Pertinet huc Glossa Hesychii: κνίζων, τουτέστι κατιῶν, ὅταν γενέσθαι πέπειρα. Inde etiam in Gloss. MSS. in Proph. κνίζων συκάμινα, ανλλέγων, ἐσθίων. Lex. Cyrilli MS. Brem. κνίζων, ἀποτέμνων. Hesych. Κνίζειν, ἢ g κνηζίειν, λυπεῖν, ἢ συκάμινα τέμνειν. Suidas: Κνίζων, αἰτιατικῇ, λυπῶν ἢ τέμνων. Conf. Dahlium ad Amos l. l. et Bocharti Hieroz. P. I. Lib. 2. c. 39. p. 384. — קָרַץ, *vellico.* Aqu. Theod. Prov. VI. 30. Aqu. Symm. Theod. Prov. XVI. 30.

ΚΝΙ΄Σ, Ι΄ΔΟΣ, *urtica.* סִרְפַּד, idem. Symm. Ies. LV. 13. h

ΚΝΙ΄Ψ (vel σκνίψ: utroque modo enim scribitur, uti et Latini codd. modo *sciniphes,* modo *ciniphes,* utrumque recte, exhibent), quid proprie sit, non ita liquidum. Aristoteles Hist. Anim. Lib. VIII. c. 3. σκνίπων meminit, et σκνιποφάγων, ubi Latinus interpres *culices* et *culicibus vescentes* vertit. Theophrastus Lib. II. Hist. Plant. cap. ult. et Lib. i IV. ad *genus vermiculorum* refert, *qui lignum vorant et arrodunt,* atque ait, eos arboribus, maxime quercubus et ficui, nocere, e quo sua hausit Plinius Lib. XVII. c. 24. Vide Bonfrerii Comment. ad Pentat. p. 878. כִּנִּים plur. *culices.* Ps. CIV. 30. Vide s. σκνίψ.

ΚΝΩ΄ΔΑΛΟΝ, *bestia, fera,* animalia omnis generis tam terrestria k quam aquatica et aërea, speciatim *venenata* ac *noxia.* Conf. Nicand. in Ther. v. 98. 759. Sap. XI. 16. ἐθρήσκευον ἄλογα ἑρπετὰ καὶ κνώδαλα εὐτελῆ, colebant reptilia ratione carentia et animalia (*insecta,* Vulg. *bes-*

a τιον) parva. Lex. Cyrilli MS. Brem. κνώδαλα, θηρία κυρίως μὲν θαλάσσια, ποτὲ δὲ καὶ χερσαῖα. Hesych. κνώδαλα, κυρίως τὰ θαλάττια θηρία. κνώδαλα γάρ ἐστιν τὰ ἐν τῇ ἁλὶ κινούμενα. Ὅμηρος δὲ ἐπὶ χερσαίου φησὶν κνώδαλον θηρίου, ἢ ζῶον μικρόν. Sap. XVI. 1. διὰ πλήθους κνωδάλων ἐβασανίσθησαν, multitudine animalium parvorum cruciabantur. Vide et Sap. XVII. 9.
b Unde in Gloss. MSS. τῆς Πανθηρέτου· Κνωδάλων, θηρίων λεπτῶν. Vide quoque quos laudat Fischerus Ind. Æschin. s. h. v.

*ΚΟ'ΘΩΝΟΣ. Est ipsa vox Hebr. כְּתֹנֶת, tunicæ, cui Esdr. II. 69. in ed. Rom. respondet, terminatione Græca addita, quod alibi etiam factum esse constat. Conf. Nehem. VII. 70. 72.

c ΚΟΙΛΑ'Σ, *vallis, convallis.* *בֶּטֶן, *uterus, venter.* Hos. XII. 3. sec. Compl. ubi loco κοιλάδι necessario reponendum est κοιλίᾳ, ut alii rectius habent. — גַּי, *vallis.* Jos. VIII. 11. — גַּי, idem. Zach. XIV. 5. ubi pro κοιλὰς alii φάραγξ habent. — גַּיְא, idem. 1 Paral. XVIII. 12. 2 Par. XXV. 11. — זְאֵב, *Zeeb*, nomen proprium. Theod. Jud. VII.
d 25. ubi Scharfenbergius non Theodotionem, quia forte pro זְאֵב legerit עֵמֶק, scripsisse credit ἐν Ἰακὶβ τῇ κοιλάδι, sed librarios, ut supra VI. 26., nomini proprio loci vocabulum κοιλάδι tanquam glossema addidisse. Sed huic conjecturæ ideo accedere non possum, quia Symmachus habet: ἐν τῇ κοιλάδι Ζὴβ, teste Hieronymo, cujus verba hæc
e sunt: *In Aczeb, pro quo Symmachus transtulit in valle Zeb.* Suspicor igitur, in vers. Theod. h. l. duas versiones coaluisse, et in Hexaplis reponendum esse: Σ. ἐν τῇ κοιλάδι Ζήβ. Θ. ἐν Ἰακὶβ — Ἄλλος ἐν τῇ κοιλάδι — ut adeo κοιλὰς in utraque versione respondeat Hebr. יֶקֶב quod omnem *locum depressum et humilem* notat, ab Arab. وقب, *depressus et humilis fuit.* — *יֶקֶב. Vide proxime f
antecedentia post זְאֵב. — *מַעַרְכוֹת, *ordines, acies, castra.* Inc. et LXX sec. Compl. 1 Sam. XXIII. 3. Fortasse auctor hujus versionis respexit lectionem מַעֲרוֹת, h. e. *loca plana, planities*, nisi statuere malimus, κοιλάδα explicandum esse de *valle, in qua castra posita*, aut *acies instructa erat.* — *עֲמָלֵק, *Amalec*, nomen proprium. Jud. V. 15. sec. cod. Alex. g
ἐν κοιλάδι ἀδελφοῦ σου. Legerunt בְּעֵמֶק אָחִיךָ, quæ lectio etiam sententiæ melius convenire videtur. — עֵמֶק, *profunditas, vallis.* Gen. XIV. 8. 10. Psalm. LIX. 6. τὴν κοιλάδα τῶν σκηνῶν διαμετρήσω, vallem tentoriorum dimetiar. Ad quem locum Theodoretus et ex illo Suidas: κοιλάδα σκηνῶν, τὴν τῶν Ἰσμαηλιτῶν χώραν, ὡς ἔρημον γεγενημένην, καὶ ποιμενικὰς τηνικαῦτα σκηνὰς δεξαμένην. Vide h
et Ps. CVII. 7. Ps. LXIV. 14. αἱ κοιλάδες πληθυνοῦσι σῖτον, valles abundabunt frumento. Inde forsitan apud Hesychium: κοιλάδες, πεδία, λιβάδες. Inc. Jos. VII. 24. κοιλάδα Ἀχὼρ, quæ verba sec. Cod. Coislin. Append. T. I. p. 708. et Procopium in Cat. Niceph. pag. 47. Symm. ac Theod. vindicanda sunt. Ibid. v. i
26. Aqu. Symm. Theod. Gen. XIV. 3. et 1 Reg. XX. 28. Symm. Job. XXXIX. 10. ubi κοιλάδες sunt *glebæ vallium, sulci.* Vulgat. *aut confringet glebas vallium post te.* Pro בֵּית־עֵמֶק quoque usus est hac voce Symmachus Jos. XIX. 27. secundum Eusebium in Onom. s. v. Βηθαμὲκ, ubi tamen ex Hieronymo, qui k
locum vallis habet, τόπον κοιλάδος reponendum erit. — שְׁפֵלָה, *planities, locus humilis.* Symm. Ies. XXXII. 19. Idem Abd. 19. — *שָׁרוֹן, nomen proprium. Cant. II. 1. κρίνον

a τῶν κοιλάδων. Vulg. *lilium convallium.* Sc. vox Hebr. notat quoque *omnem regionem fertilem et amœnam ac pascuis abundantem.*

ΚΟΙΛΑ'ΔΕΣ, *concavitates in pariete.* שְׁקַעֲרוּרֹת plur. *fossulæ fœdæ.* Levit. XIV. 37. ubi vide Interpretes.

*ΚΟΙ'ΛΑΣΜΑ. מוֹקֵשׁ, *laqueus, rete.* Ies. VIII. 14. ἐν κοιλάσματι sec.
b Vat. et Hexapla: ubi reliqui libri κοιλώματι habent. Κοίλασμα videtur h. l. esse *tendicula,* seu: *rete super foveam expansum.* Conf. Mathem. Vett. p. 37.

ΚΟΙΛΙ'Α, *cavum, cavitas, venter, uterus, viscera.* בֶּטֶן, idem. Ezech. III. 2. ἡ κοιλία σου πλησθήσεται τῆς κεφαλίδος ταύτης, *venter* tuus implebitur hoc libro. Jon. II. 3. ἐκ κοιλίας
c ᾅδου, ex *medio* inferni. Conf. Sirac. LI. 7. Olympiodorus Caten. in Job. XV. 35. p. 298. κοιλίαν δὲ ὅλον τὸ ἐντὸς χωρίον φησί. 2 Par. XXI. 15. et 19. κοιλία *intestina* notat. Compl. ibi habet τὰ ἔντερα. — בָּנִים plur. ex בֵּן, *filii.* 1 Par. XVII. 11. Legerunt מִבִּטְנְךָ, a בֶּטֶן, κοιλία. — גָּחוֹן, *pars inferior corporis reptilium, qua tangunt terram.* Gen. III.
d 14. Lev. XI. 42. — כָּרֵשׂ, *ingluvies.* Jer. LI. 34. — מֵעַיִם dual. *viscera.* Genes. XXV. 23. ἐκ τῆς κοιλίας σου, ex *utero* tuo. Vide et Ruth. I. 11. 2 Sam. XVI. 11. ὁ υἱός μου ὁ ἐξελθὼν ἐκ τῆς κοιλίας μου, filius *ex me* natus. Vide et 2 Sam. VII. 12. et confer Gen. XV. 4. ubi מִמֵּעֶיךָ redditur ἐκ σου. Confer et Joh. VII. 38. ac Theodot. Hasæi Diss. de Levia-
e than Jobi pag. 249. 2 Sam. XX. 10. ἐξεχύθη ἡ κοιλία αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, effundebantur *viscera* ejus in terram. Vide et 2 Paral. XXI. 15. 19. Jon. II. 2. ἐκ τῆς κοιλίας τοῦ κήτους, ex *stomacho* ceti. Adde Psalm. XL. 9. ubi κοιλίας est sine dubio vera lectio, ut multis docuit Starcke in Carm. Dav. p. 117. Symm. Ies. XVI. 11. — מְעִין plur. Chald. *intestina, venter.* Dan. II. 32. f
— *מַעֲרָכוֹת, *ordines, acies, castra.* Inc. 1 Sam. XXIII. 3. Nisi lectio κοιλίας ortum suum debet voci κοιλάδας (quæ fuit Semleri sententia), κοιλία de *medio exercitus aut castrorum* explicandum erit. Fortasse tamen auctor hujus versionis legit מַעֲרוֹת, quæ vox quoque *loca profunda, speluncas* notat, quæ metaphorice κοιλίαι dici possunt. — g
*נֶפֶשׁ, *anima.* Inc. Prov. XIII. 25. accommodate seriei orationis. — *עֵמֶק, *vallis.* Symm. Jos. XIX. 27. εἰς τὴν κοιλάδα sec. Eusebium in Onom. s. v. Βηθεμὲκ ac Hieron. — קֶרֶב, *intestinum, medium.* Gen. XLI. 20. Exod. XXIX. 13. Inc. Levit. I. 9. ubi αἱ κοιλίαι est i. q. ἐγκοίλια, *intestina.* Inc. Lev. IV. 8. ubi κοιλία i. q. ἐντόσθια. — רֶחֶם, *uterus.* Job. h
III. 11. XXXI. 15. XXXVIII. 8. Sir. XIX. 11. κοιλία *pectus* notat. Vulg. *in corde.* 2 Macc. X. 4. orarunt Deum πεσόντες ἐπὶ κοιλίαν, *prostrati, supplices.* Alibi πεσόντες ἐπὶ τὸ πρόσωπον. — Vide alibi s. φαγέω, et χορτασία.

ΚΟΙ˜ΛΟΣ, *cavus, concavus.* נָבוּב part. Niph. a בּוּב, *vacuus.* Exod. XXVII. 8. XXXVIII. 7. — עָמֹק, *profundus.* Lev. XIII. 3. 4. 20. 25. ubi Latino *depressus* respondet, et i
nostro eingefallen, *sunk,* ac de lepra sermo est, unde etiam in codd. cum ταπεινὸς permutatur. Conf. Foesii Œcon. Hippocr. p. 343. Ibid. v. 32. 34. Aqu. Symm. Lev. XIII. 3. κοιλη βαρυτέρα.

ΚΟΙ˜ΛΟΣ ΤΟ'ΠΟΣ, *cavus locus.* מַטָּרָה, *custodia,* it. *scopus.* Al. 1 Sam. XX. 20. κοῖλον τόπον, sec. Schol. ed. Rom. Τινὲς illi, quicunque tandem fuerint, intellexerunt hic *speluncam,* (quæ recte מַטָּרָה,

a *custodia*, dici potest) seu: τὸν τόπον, οὗ κρυβῇ, (coll. v. 19.) *haud procul a scopo remotam, in qua Davides se abdere debebat,* suadente ita Jonathane.—*עֵמֶק, *vallis.* Syrus Jerem. XXI. 13. Sed potest eodem jure ad sequens מִישֹׁר, *planities,* referri.

ΚΟΙ'ΛΗ, sc. μερὶς, *cava pars,* sc. navis. יַרְכָה, *latus.* Jon. I. 5. κατέβη εἰς τὴν κοίλην (scil. μερίδα) τοῦ πλοίου,
b descendebat in *cavam partem navis,* h. e. *in inferiores partes navis.*

ΚΟΙ'ΛΗ ΣΥΡΙ'Α, *Cœle Syria.* Vid. Κοιλοσυρία.

ΚΟΙΛΟ'ΤΕΡΟΣ, comparativus, *magis cavus.* עָמֹק, *profundus,* et seq. מִן, *profundior.* Levit. XIII. 30. ἡ ὄψις αὐτῆς κοιλοτέρα τοῦ δέρματος, invenerit superficiem ejus reliqua cute *depressiorem.* Vide s. κοῖλος.
c — שָׁפָל, *humilis,* ac seq. מִן, *humilior.* Inc. Lev. XIV. 37. Sermo hic est de lepra ædificiorum. — תַּחְתִּית, *pars inferior.* Symm. Jud. I. 15. κοιλοτέρους, sec. cod. Basil. et Coislin. Sed secundum Procopium Cat. Niceph. p. 123. scripsit ταπεινοτέρους.

ΚΟΙΛΟΣΤΑΘΜΕ'Ω, *fornico, tego tabulis excavatis, concamero, laquear*
d *facio.* סָפַן, *tego.* 1 Reg. VI. 9. ἐκοιλοστάθμησε τὸν οἶκον φατνώμασι, *texit* domum laquearibus. Inde in Gloss. MSS. in Lib. 3 Reg. ἐκοιλοστάθμησεν, ἐσανίδωσεν κεκοιλωμέναις ὑπὸ τῶν τεχνητῶν σανίσι. In Cod. Fabriciano, in quo eadem habentur, pro τεχνητῶν rectius legitur τεχνιτῶν, sed male cum hac glossa conjunguntur verba, unde nova glossa incipit. Confer
e notata infra v. κρυπτός. In Lex. Cyrilli MS. Brem. ἐκοιλοστάθμησεν simpliciter exponitur ἐσανίδωσεν. — צָפָה Pih. idem. 1 Reg. VI. 15.

ΚΟΙΛΟ'ΣΤΑΘΜΟΣ, *laqueatus, concameratus, tabulis excavatis tectus, cava pegmata habens.* סָפוּן part. Pah. *tectus.* Agg. I. 4. ἐν οἴκοις ὑμῶν κοιλοστάθμοις, in domibus vestris *laqueatis.* Inde in Gloss. MSS. in f
Proph. κοιλοστάθμοις (MS. κυλοστάθμοις), ὑψηλοῖς καὶ μεγάλοις. Aliter Cyrillus Alex. in hunc Prophetam p. 630. ita exponit: κοιλοστάθμους φησὶν, ὧν ἂν αἱ φλιαὶ, ἤτοι τῶν θυρῶν οἱ σταθμοὶ σιδήρῳ διακοιλαίνοιντο, περιορυττόντων οἶμαί που τεκτόνων αὐτοὺς, καὶ ἀπό γε τῆς σφῶν εὐτεχνίας ἐγχαραττόντων δαιδάλματα. Vide Suiceri Thes. Eccles. s. h. v. Intt. ad Hesych. s. v. g
κοῖλος et κυκλοστάθμοις, ac Ernestii Gloss. SS. e Suida et Phavor. s. v. κυκλοστάθμοις.

ΚΟΙΛΟΣΥΡΙ'Α et ΚΟΙ'ΛΗ ΣΥΡΙ'Α, *Cœlosyria* et *Cœlesyria,* Asiæ regio, quæ juxta Strabonem supra Seleucidem est, et in Ægyptum ac Arabiam usque recedit; proprie vero, quæ Libano et Anti-Libano definitur, i. e. ager Damascenus, a cavi- h
tate, quam Græci κοιλότητα appellant, nomen habens. 3 Esdr. II. 17. 24. 27. IV. 48. 1 Macc. X. 69. 2 Macc. III. 5. IV. 4.

ΚΟΙΛΟ'ΤΗΣ, *cavitas, concavitas.* Sap. XVII. 19.

ΚΟΙ'ΛΩΜΑ, *cavum, cavitas.* בֶּתֶר, *sectio.* Al. Cant. II. 7. κοιλωμάτων: de qua versione Cappellus Crit. S. p. 569. ita judicat: בָּתַר est *dividere, partiri,* et quasi κοιλαίνειν. Quod i
mihi admodum coactum esse videtur. Alii statuunt, reponendum esse κυκλωμάτων, ita ut legerint כֶּתֶר, *corona,* quæ est κυκλοειδής. Proposuit hanc conjecturam Bochartus Hieroz. Lib. III. c. 17. p. 894. Versio Lat. habet *civitatum,* pro quo fortasse *cavitatum* reponendum erit. — חֵיק, *sinus.* Ezech. XLIII. 15. — מוֹקֵשׁ, *laqueus,* h. l. k
fovea, in qua feræ capiuntur. Ies. VIII. 14. Vide et 2 Macc. I. 19. Hesych. et Lex. Cyrilli MS. Brem. κοιλώμασι, ταπεινώμασι.

ΚΟΙΜΑ'Ω, *cubare* vel *dormire facio,* et κοιμάομαι, *cubo, decumbo,*

a *concumbo, dormio, obdormio, quiesco, pernocto, maneo,* it. *occumbo, mortuus sum.* בִּית Chald. *pernocto.* Dan. VI. 18. ἐκοιμήθη ἄδειπνος. — הִכְשִׁיל Hiph. *impingere facio.* Prov. IV. 16. καὶ οὐ κοιμῶνται. Ex mea sententia non legerunt וְלֹא יִשְׁנוּ, aut שָׁכְבוּ, sed, ut sæpe alias, ita hic quoque lacuna exstat, ac verba οὐ κοιμῶνται aut sunt alius Int. versio ad נִגְזְלָה
b שְׁנָתָם pertinens, aut meram continent glossam marginalem. — הִלֵּךְ Pih. *ire facio.* Job. XXIV. 10. Libere verterunt. — הִשְׁכִּים Hiph. *matutino.* 1 Sam. IX. 26. καὶ ἐκοιμήθη. Legerunt וַיִּשְׁכַּב. — יָגַע *fatigor.* Jerem. XLV. 3. ἐκοιμήθην ἐν στεναγμοῖς. Videntur legisse יְצֻעָתִי, nam יָצוּעַ est *lectus, stratum, in quo*
c *quis dormit.* — יָלַךְ, *eo.* 1 Par. XVII. 11. κοιμηθήσῃ μετὰ τῶν πατέρων σου, *mortuus fueris* cum patribus tuis. *Ire* pro *mori* sæpe adhibetur in SS. Conf. infra post שָׁכַב, et Wolfium ad Joh. XI. 11. p. 916. — *יָשַׁב, *sedeo.* 2 Reg. IV. 20. Sermo ibi est de puero ægroto in gremio matris non tam sedente quam cubante. — יָשֵׁן, *dormio.* Ies. V. 27. — יָשֵׁן
d verbale, *dormiens.* 1 Reg. III. 20. — לוּן : הֵלִין Kal et Hiph. *pernocto.* Gen. XXVIII. 11. ἐκοιμήθη ἐκεῖ, *pernoctabat* ibi. Exod. XXXIV. 25. οὐ κοιμηθήσεται εἰς τὸ πρωῒ θῦμα ἑορτῆς, non *manebit* ad mane sacrificium festi. Vide et Exod. XXIII. 18. Lev. XIX. 13. et Deut. XVI. 4. ac conf. quæ ex Augustino affert Drusius Misc. Cent. II. c. 55.
e Deut. XXI. 23. sec. Vatic. Jos. VI. 11. de area fœderis: ἐκοιμήθη ἐκεῖ. Vulg. bene: *mansit ibi.* Ies. I. 21. Job. XXIV. 7. γυμνοὺς δὲ πολλοὺς ἐκοίμησαν ἄνευ ἱματίων, nudos autem multos *habitare fecerunt* sine

vestimentis. — מִשְׁכָּב, *cubile.* Ies. LVII. 8. τοὺς κοιμωμένους μετὰ σοῦ. Legerunt שֹׁכְבֵךְ. — נִהְיָה Niph. *conficior,* q. d. *sidere cogor morbo.* Dan. VIII. 27. — נָחַת, *descendo.* f
Job. XXI. 13. ubi יֵחָתּוּ deduxerunt, non a נָחַת, sed a נוּחַ, *requiescere.* Cæterum *in orco dormire,* et *ad orcum descendere* non differunt. — סָבַךְ, *implexus sum.* Job. VIII. 17. Vide in fine hujus articuli. — רָבַץ, *cubo.* Genes. XLIX. 9. — שָׁכַב : הִשְׁכִּיב, Kal et Hiph. Gen. XIX. 32. κοιμηθῶμεν μετ' αὐτοῦ, *concumbamus* cum illo. Vide et Gen. XXVI. g
10. XXXV. 22. XXXIX. 7. Exod. XXII. 16. 19. 1 Reg. II. 10. ἐκοιμήθη μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ, *obdormiebat,* vel *mortuus est* cum patribus suis. Vide et Deut. XXXI. 16. 1 Reg. XI. 21. 43. XIV. 20. 32. 1 Reg. XVII. 19. ἐκοίμησεν αὐτὸν ἐπὶ τῆς κλίνης αὐτοῦ, *cubare faciebat* illum in lecto suo. 2 Reg. IV. 32. κεκοιμημένον, *dormientis instar jacentem.* h
Cohel. II. 23. ἐν νυκτὶ οὐ κοιμᾶται ἡ καρδία αὐτοῦ, nocte non *quiescit* cor ipsius. Ies. XLIII. 17. ἐκοιμήθησαν, καὶ οὐκ ἀναστήσονται, *mortui sunt,* et non resurgent. Ezech. XXXI. 18. ἐν μέσῳ ἀπεριτμήτων κοιμηθήσῃ, in medio incircumcisorum *cubabis.* Vide et Ezech. XXXII. 19. 21. 26. 31. His locis a Bielio laudatis adde: 2 Sam. XIII. 8. ubi κοιμᾶσθαι est *in lectum se conferre, decumbere,* quam i
significationem quoque ibi habet καθεύδειν apud Inc. Aqu. Job. XI. 18. Symm. Job. XXXVIII. 37. Vulg. *dormire faciet.* Aqu. Hos. II. 20. κοιμήσω αὐτοὺς εἰς πεποίθησιν, faciam, ut *dormiant* secure, h. e. ut otia secura agant, seu: præstabo eis securitatem. — שָׁכַן, *habito.* Nah. III. 18. βασιλεὺς ἐκοίμησε τοὺς δυνάστας: ubi alii habent ἐκοίμισε. Ex Cappelli sententia legerunt וַיִּשְׁכְּבוּ : sed,

a ut recte monuit Buxtorfius Anticrit. p. 578., dicendum potius fuisset יְשַׁכֵּב. Potius sensum, quem illi sibi finxerunt, reddiderunt non ad literam. Quidam Intt. vocem Hebr. de *somno mortis* explicarunt: *habitabunt*, sc. in pulvere, coll. Ps. VII. 6. et XCIV. 17. — שִׁפְעָה, *affluentia, inundatio*. Job. XXII. 11. κοιμηθῆναι. Num legerunt שְׁכָבְךָ a שָׁכַב, b aut שִׁכְבַת? Præterea reperitur apud Inc. Jud. XVI. 14. (*indormiebat eum*, sc. *concubitu*), ubi nihil in textu Hebr. legitur. Quod autem attinet ad locum Job. VIII. 17. supra ad סָבַךְ allatum, mihi videtur transpositio sententiarum statuenda esse in LXX Intt. ut verba ἐπὶ συναγωγὴν λίθων κοιμᾶται pertineant ad ea, quæ in fine hujus c commatis leguntur: בֵּית אֲבָנִים יֶחֱזֶה. Κοιμᾶσθαι autem, quod omnino *manere, commorari in aliquo loco* notat, non male refertur ad יֶחֱזֶה, quod LXX per ζήσεται, Vulgatus per *commorabitur* interpretati sunt. Sed ut ingenue fatear, statui quoque potest, κοιμᾶσθαι h. l. non tam τῷ יְסֻבָּכוּ, quam formulæ שָׁרָשָׁיו יְסֻבָּכוּ respondere, ut τῷ d κοιμᾶσθαι notio *firmitatis, fundamenti bene positi* sit subjecta. Vide quoque infra s. v. λίθος. Sap. XVII. 14. 1 Macc. XI. 6. ἐκοιμήθησαν, *pernoctarunt*, coll. ib. XVI. 4. 2 Macc. XII. 45. Ep. Jerem. 43. si vero quædam mulier seorsim ducta a quodam prætereuntium κοιμηθῇ, h. e. *stupretur*. Cod. Alex. addit male μετ᾽ αὐτοῦ. Vide Gatakeri Diss. de e Novi Instrum. Stilo cap. XI. pag. 77.

ΚΟΙ'ΜΗΣΙΣ, *dormitio, mors*. Sir. XVIII. 10. sec. libros nonnullos, ubi *mortem* notat, quæ ibid. XLVI. 22. κοίμησις αἰῶνος dicitur. Ibid. XLVIII. 14.

ΚΟΙ'ΜΗΤΡΟΝ, *lectus, stratum*. שְׂמִיכָה, *pulvinar*. Symm. Jud. IV. 18. Scharfenbergio ad h. l. suspectum est vocabulum κοίμητρον omnibus Lexicographis ignotum, et suspicatur, fortasse legendum esse ἐν κοιμητηρίῳ. f

ΚΟΙΜΙ'ΖΩ, *cubare vel dormire facio*. הִבְרִיךְ, Hiph. *genua flectere facio*. Gen. XXIV. 11. Recte sensum expresserunt. Sermo enim ibi est de camelis. Schol. seu potius Aquila: ἐγονάτιζε. — הִשְׁכִּיב Hiph. 2 Sam. VIII. 2. 1 Reg. III. 20. 2 Reg. IV. 21. 32. — יִשֵּׁן Pih. g *dormire facio*. Jud. XVI. 20. — *שָׁכַב. 2 Reg. IV. 32. sec. Vat. κεκοιμισμένον, *dormientis instar jacentem*. — שָׁכֵן, *habito*. Al. Nah. III. 18. ἐκοίμισε. Legit יַשְׁכִּיב, nam κοιμίζειν est h. l. *sopire, somnium inducere*, et שָׁכַב *cubare* et *dormire* notat.

ΚΟΙΝΗ˜, *communiter, una, publice*. Sir. XVIII. 1. ἔκτισεν τὰ πάντα κοινῇ, h *creavit omnia communiter*, h. e. *pariter, nulla re excepta*. Vulgatus vertit *simul*, et Augustinus Lib. IV. de Genes. ad Liter. c. 33. inde colligit, omnia simul eodemque tempore esse condita, quæ sex diebus facta commemorantur. Sed rectius et magis ad literam redditur *communiter*, et nihil aliud procul dubio Siracides voce illa innuere voluit, quam quod Deus omnia hujus universi opera sine exceptione i creaverit, ut adeo vox hæc ad πάντα referatur, coll. Ps. XLVIII. 3. et 11. Sirac. L. 20. τότε πᾶς ὁ λαὸς κοινῇ κατέσπευσαν, tum omnis populus *una* festinabat. Susann. v. 14. κοινῇ (sc. βουλῇ) συνετάξαντο καιρὸν, *communi consilio* seu: *unanimi consensu* constituebant tempus. Conf. L. Bos. Ellips. Gr. p. 31. 2 Macc. IX. 26. κοινῇ καὶ κατ᾽ ἰδίαν, *publice et privatim*. Vide et 2 Macc. IV. 5. Similiter Ælian. V. H. XIV.

a 22. μήτε κοινῇ μήτε ἰδίᾳ. Confer et Lib. X. c. 20.

ΚΟΙΝΟΛΟΓΕΌΜΑΙ, *confero sermones, colloquor, communico cum aliquo.* Symm. Ps. LIV. 15. ἐκοινολογούμεθα γλυκείαν ὁμιλίαν, dulcibus colloquiis *mutuo confabulabamur*, ubi in textu Hebr. legitur: נַמְתִּיק סוֹד. 1 Macc. XIV. 9. πάντες περὶ ἀγαθῶν ἐκοινολογοῦντο, omnes de bonis *inter*
b *se conferebant.* Hesych. κοινολογεῖται, κοινῇ διαλέγεται.

ΚΟΙΝΟΛΟΓΙ'Α, *communicatio sermonis, collocutio.* 2 Macc. XIV. 22. τὴν ἁρμόζουσαν ἐποιήσαντο κοινολογίαν, congruum inter se instituerunt *colloquium.* Secundum Baduellum: *colloquium, de quo inter ipsos convenerat*, ut ἁρμόζουσα positum sit pro ἡρμοσμένη, *constitutum, pactum, con-*
c *dictum.* Hippocr. Prænot. pag. 27. 35.

ΚΟΙΝΟΛΟΓΙ'ΖΟΜΑΙ, i. q. κοινολογίομαι, *confero sermonem, colloquor cum aliquo.* 1 Macc. XV. 28. ubi etiam in codd. cum κοινολογίομαι permutatur.

*ΚΟΙΝΟΜΥΙ'Α, *cœnomyia.* עָרֹב, *mixtura insectorum.* Inc. Ex. VIII. 15. Respexit etymologiam vocis:
d nam עָרַב est *miscere.* Κοινομυῖαν habet etiam Hieronymus Ep. 135. ad Suniam et Fretelam. LXX autem habent h. l. κυνομυῖαν, Aqu. παμμυῖαν, quæ vide suo loco.

ΚΟΙΝΟ'Σ, *communis, publicus, profanus, impurus.* חָבֵר, *societas.* Prov. XXI. 9. XXV. 25. — חֹל, *profanus.* Al. Ezech. XLII. 20. τοῦ διαστέλλειν τοῦ ἁγίου καὶ τοῦ κοινοῦ, ut
e discrimen faciat inter *sanctum* et *profanum.* Vide quoque v. 65. et conf. Act. II. 8. Marc. VII. 2. et ad h. l. Wolfium pag. 470. ac Lex. N. T. s. h. v. Sap. VII. 3. κοινὸς ἀὴρ, aër *omnibus communis.* 2 Macc. XII. 4. κατὰ κοινὸν τῆς πόλεως ψήφισμα, ex *publico* urbis edicto. Polyb. XXV. 8. 4. κοινὸν δόγμα, *publicum* decretum. Job. XXII. 16. 11. Demosth. 15. 21. ed. Reisk. 3 Macc. f
VII. 17. κοινὴ (*consentiens, unanimis*) αὐτῶν βουλή. Hesych. κοινὸν, βδελυκτὸν, ἀκάθαρτον.

ΚΟΙΝΩΝΕ'Ω, *communico, participo.* אָרַב, *insidior.* Prov. I. 11. κοινώνησον αἵματος, *particeps* fias sanguinis, h. e. cædis. Non aliter legerunt, sed pro more suo sensum expresserunt. Accedit, quod in l. Arab. لرب *nectere, connectere*, et g
deinde *participem fieri* notat. Conf. Simonis Lex. p. 77. et infra s. v. μετέχω. — בָּחַר, *eligo.* Cohel. IX. 4. κοινωνεῖ πρὸς πάντας τοὺς ζῶντας, *communis est* omnibus viventibus. Legerunt יְחֻבַּר, *sociabitur*, ut Masorethæ observant alios codd. legere. Sensus autem est: quis est, qui socius sit omnium viventium? h. e. quis semper in hac vita perseveret, h
aut semper vivat? Ita quoque Symm. Hieron. Syrus et Chaldæus. — חָבַר Pih. *consocio.* 2 Par. XX. 36. ἐκοινώνησεν Ἰωσαφὰτ πρὸς Ὀχοζίαν, *inter* Josaphatum et Ochosiam *conveniebat.* — חָבֵר, *socius.* Theodot. et LXX Ies. XLIV. 11. πάντες οἱ κοινωνοῦντες αὐτοῦ, omnes *socii* ejus. Confer Sir. XIII. 1. 2. — חֶבְרָה, *sodalitium.* Job. XXXIV. 8. κοινω- i
νήσας μετὰ ποιούντων τὰ ἄνομα, *in societatem veniens* cum illis, qui inique agunt. — *יָשַׁב, *sedeo.* Symm. Psalm. I. 1. Bene quoad sensum. Sap. VI. 25. οὐ κοινωνήσει σοφίᾳ, non *particeps fiet* sapientiæ. Cf. 1 Tim. V. 22. Sir. XIII. 3. τί κοινωνήσει χύτρα πρὸς λέβητα; quænam *communio* inter ollam et lebetem? Similiter 2 Cor. VI. 14. τίς δὲ κοινωνία φωτὶ k.
πρὸς σκότος; quænam autem *communio* inter lucem et tenebras? Sir. XIII. 19. τί κοινωνήσει λύκος ἀμνῷ; quænam *communio* inter lupum et agnum? 2 Macc. V. 20. εὐεργετημάτων ὑπὸ τοῦ κυρίου ἐκοινώνησε, beneficiorum divinorum *particeps factus est.*

a 2 Maccab. XIV. 25. ἐκοινώνησε βίου, opum particeps factus est.

KOINΩNI'A, communio, societas. תְּשׂוּמֶת יָד, positio manus, h. e. interprete Bielio: societatis et amicitiæ fœdus data dextera initum, sec. Trommium: mutuum commercium data manu initum, ex mea autem sententia: pecunia apud aliquem deposita negotiationis aut securitatis
b causa. Levit. VI. 2. περὶ κοινωνίας: ubi Schol. ed. Rom. ἐν πιστώσει χειρός. Præterea legitur in Ed. Quint. Hos. VII. 4. τοῦ φυράματος κοινωνίας. Vulg. a commixtione fermenti, ut adeo legerit τῆς κοινωνίας τοῦ φυράματος, aut τῆς τοῦ φ. κ. ubi κοινωνία est commixtio, subactio, i. q. φύρασις apud LXX, ac respondet τῷ לוּשׁ. Sap. VIII. 18. ἐν κοινωνίᾳ λόγων αὐτῆς, in
c communione verborum ejus. Confer Lex. N. T. s. h. v.

KOINΩNO'Σ, particeps, socius. *דְּבָרִים, verba, facta. 2 Reg. XVII. 11. ἐποίησαν κοινωνούς. Non arbitror, eos חֲבֵרִים legisse, sed potius statuo, eos hac versione sua exponere voluisse, in quonam fuerint male facta, quorum Israëlitæ h. l. incusantur, nempe in eo, quod
d se participes reddiderint idololatriæ Gentilium, et fabricaverint s. sculpserint simulacra idolorum. Plenius scribi debuisset καὶ ἐποίησαν ἑαυτοὺς κοινωνοὺς (sc. τῶν ἐθνῶν, h. e. gentium, quas transtulerat Deus a faciebus eorum, ut in antecedentibus legitur) καὶ ἐχάραξαν. — חָבֵר, masc. Prov. XXVIII. 24. Ies. I. 23. — חֲבֶרֶת, fœm. Mal. II. 14. Vide et Sir.
e VI. 11. XLI. 23. XLII. 5.

KOINΩ͂Σ, communiter. Tob. V. 15. ubi de conjuncto religionis studio, summoque consensu usurpatur. Ib. IX. 4.

KOITA'ZΩ, A'ZOMAI, cubare facio, cubo, jacio, accumbo, dormio. הֵלִין Hiph. a לוּן, pernocto. Soph. II. 14. — הִרְבִּיץ: רָבַץ, Kal et Hiph. Psalm. CIII. 23. Cant. I. 6. Jerem. XXXIII. 12. Symm. Ies. f
XXVII. 10. κοιτασθήσεται, accumbet. — צָבַע, tingo, intingo. Al. Dan. IV. 12. κοιτασθήσεται. Extat hic in Conj. Ithp. אִצְטַבַּע. Num in codice suo legit יִתְרַבַּע? Minime, sed aut libere verterunt, aut legendum est βαπτισθήσεται. — שָׁכַב. Levit. XV. 20. Deut. VI. 7. XI. 19.

KOITAΣI'A, cubatio, concubitus. שְׁכֹבֶת, concubitus. Lev. XX. 15. g

KOI'TH, cubile, lectus, concubitus, ac in universum quodvis latibulum et habitaculum. דֹּבֶר, caula, ovile. Mich. II. 12. — יָצוּעַ, stratum. 1 Par. V. 1. — מְאוּרָה, caverna. Ies. XI. 8. Conf. Bocharti Hieroz. P. III. p. 189. ed. Rosenm. — מָעוֹן, habitaculum. Jer. X. 21. — מְעוֹנָה, idem. Job. XXXVII. 8. XXXVIII. 40. — מִשְׁכָּב. Num. XXXI. 17. ἥτις ἔγνω κοίτην ἄρσενος, quæ cognovit con- h
cubitum viri. Vide et v. 18. 35. Jud. XI. 11. 12. et conf. Sap. III. 13. 16. Glossæ: κοίτη, concubitus. 2 Sam. XI. 2. ἀνέστη Δαβὶδ ἀπὸ τῆς κοίτης αὐτοῦ, surgebat David a lecto suo. — *מֶשֶׁךְ תֻּבַל, Mesech Tubal. Symm. Theod. (teste Hieronymo) Ezech. XXXII. 26. cubile eorum. Legerunt מִשְׁכְּבֹתָם, s. potius מִשְׁכָּבָם. Vide tamen Scharfenbergium ad Cappelli Crit. S. p. 840. de i
h. l. bene disputantem. — *סֻכָּה, umbraculum, etiam latibulum, lustrum. Inc. Job. XXXVIII. 40. ubi quodvis latibulum, speciatim antrum notat, ut Vulg. transtulit. Conf. Simonis Lex. Hebr. p. 1108. ac Munck. ad Antonin. Liber. Metam. c. 8. — רֶבֶץ, accubitus. Jer. L. 6. — שְׁכַב infin. Lev. XV. 23. — שֹׁכֵב part. Ies. LVI. 10. ἐνυπνια-

a ζόμενοι κοίτῃ, somniantes in cubili. Vitringa Comm. l. l. putat, forte deesse vocem ἀγωνιῶντες, ut scripserint ἐνυπνιαζόμενοι, ἀγαπῶντες κοίτην. Sed rectius judicat I. G. Michaëlis Diss. de Cane Symbolo Prophetæ p. 23., per ellipsin omissam esse particulam ἐπὶ, quartum casum regentem, ut Lev. XV. 4. et 23. — שִׁכְבַת, *cubatio.* Lev. XV. 16. ἄνθρωπος, ᾧ ἂν
b ἐξέλθῃ ἐξ αὐτοῦ κοίτη σπέρματος, ex quo egreditur *concubitus seminis* h. e. *semen concubitus*, per hypallagen. Vide et v. 17. 31. Lev. XXII. 4. Lev. XV. 18. ἐὰν κοιμηθῇ ἀνὴρ μετ᾽ αὐτῆς κοίτην (pro κατὰ κοίτην) σπέρματος, si concumbat vir cum illa *concubitu* seminis, h. e. *ita, ut semen genitale effluxerit.* — שְׁכֹבֶת, idem. Levit. XVIII. 20. 23. Num. V.
c 20. In utroque loco κοίτη σπέρματος *semen concubitus* notat. 1 Macc. VII. 13. πίπτειν ἐπὶ τὴν κοίτην *in morbum gravem incidere* s. *corripi morbo* notat, coll. 1 Macc. I. 6. Eodem modo sumitur נָפַל Jud. VII. 12. coll. Exod. XXI. 18. Confer Lex. N. T. s. h. v.

ΚΟΙ´ΤΗ ΚΑΙ` ʼΑΝΑ´ΠΑΥΣΙΣ, *cubile et requies.* רֵבֶץ, *cuba.* Ies. XVII. 2.

d ΚΟΙΤΩ´Ν, *cubiculum.* חֶדֶר, *cubiculum, conclave, penetrale.* Jud. XV. 1. (ubi est *cubiculum conjugale.*) 2 Sam. XIII. 10. Ezech. VIII. 12. Adde 1 Reg. I. 15. ubi pro εἰς τὸ ταμιεῖον, quod in exemplis reliquis legitur, in Compl. habentur verba: εἰς τὸν κοιτῶνα, quæ quin ex alia versione desumta sint, quis dubitet? Hinc orta videtur glossa Hesychii: ταμεῖον, κοιτῶνα, coll. Genes. XLIII.
e 30. et Jud. XV. 1. — מְקֵרָה, *refrigeratio.* Jud. III. 24. ἐν τῇ ἀποχωρήσει τοῦ κοιτῶνος. Menti ipsius obversabatur fortasse locus 2 Sam. IV. 7.—מִשְׁכָּב, *cubile.* Exod. VIII. 3. 2 Sam. VI. 12. Cohel. X. 20. — חֲדַר מִשְׁכָּב, *conclave cubilis.* 2 Sam. IV. 7.

ΚΟ´ΚΚΙΝΟΣ, *coccineus, cocco tinctus.* כַּרְמִיל, *coccinum, coccineum.* 2 Par. II. 7. 14. III. 13. — שָׁנִי, *dibaphum, bis tinctum.* Genes. f XXXVIII. 28. ἔδησεν ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ κόκκινον, sc. σπαρτίον, alligavit manui ejus filum coccineum. Vide et v. 30. et conf. Jos. II. 18. Cant. IV. 3. VI. 6. ubi σπαρτίον additur. 2 Sam. I. 24. κλαύσατε τὸν ἐνδιδύσκοντα ὑμᾶς κόκκινα (sc. ἱμάτια), plangite illum, qui vos induit vestimenta coccinea. Vide et Jer. IV. 30. — תּוֹלָע, *vermis,* etiam: *coccineus color.* Ies. I. 18. — תּוֹלַעַת שָׁנִי et שְׁנִי g תוֹלַעַת. Exod. XXV. 4. XXVI. 1. XXXVI. 7. Lev. XIV. 4. 6. κόκκινον, sc. ἔριον, lana coccinea. Confer Ebr. IX. 19. ubi ἐρίου κοκκίνου fit mentio. Num. IV. 8. ἱμάτιον κόκκινον, vestimentum coccineum.

ΚΟ´ΚΚΟΣ, *coccus, coccinum.* Κόκκος et πορφύρα distinguitur. V. Brodæi Miscell. Lib. I. c. 8. nam purpura est ex ostreorum genere, e quo pretiosus ille liquor, vena industrie pertusa, colligebatur, qui et *purpura* dictus est. *Coccus* vero, ut vox ipsa Græca sonat, *granum* est fruticis cujusdam (vel potius ilicis: Plin. IX. 41. XVI. 8. Dioscorid. IV. 43. Theophrasti Hist. Plant. III. 8.) surculosi, cui grana seu lentes adjacent, quæ colorem eum affundunt, quem nos *scarlatinum* vel *oranhesinum* vocamus. שָׁנִי, *dibaphum, bis tinctum.* Aqu. Cant. IV. 3. — תּוֹלָע, *vermis,* etiam: *coccineus color.* Thren. IV. 5. Hesych. κόκκος, ἐξ οὗ τὸ φοινικοῦν βάπτεται, καὶ αὐτὸ τὸ χρῶμα, καὶ τὸ γυναικεῖον μορίον, καὶ ὁ τοῦ σίτου κόκκος. Conf. Braunium de Vestitu Sacerd. Hebr. Lib. I. c. 15. §. 200. et Bochartum Hier. P. II. Lib. IV. c. 27. p. 624. seq.

ΚΟΛΑΒΡΙ´ΖΩ, *contero, disrumpo, despicio, vilipendo.* הִדַּכָּא pro הִתְדַּכָּא Hithp. Job. V. 4. κολαβρισθείησαν δὲ ἐπὶ θύραις ἡσσόνων, *vilipen-*

a *donlur* autem ad portas inferiorum: ubi nonnulli reponendum judicant κολαφισθείησαν. Vox Hebr., quæ proprie *conteri* notat, h. l. notionem *opprimendi* habet. Cæterum contrita vilipenduntur. Olympiodorus ad h. l.: κολαβρισθείησαν, τουτέστιν ἐκπεριβείησαν, ἐξευτελισθείησαν, κολαβρὸς γὰρ ὁ μικρὸς χοῖρος. Lex. Cyrilli MS. Brem. κολαβρισθείησαν, περιῤῥαγείησαν,
b χλευασθείησαν, κολακοσηθείησαν (lege ποδοκοσηθείησαν). Phavor. κολαβρισθείησαν, περιῤῥαγείησαν, ἐκτιναχθείησαν, εὐτελεῖς νομισθείησαν. Apud Hesychium legitur: καλαβρισθείησαν, χλευασθείησαν. Idem: κωλαβρισθείησαν, κοσηθείησαν, ποδοκοσηθείησαν. Sed vox κωλαβρισθείησαν verbis accensenda est, quæ vitiose Lexico Hesychiano inserta sunt. Κάλαβρος enim, et κό-
c λαβρος, unde est καλαβρίζειν et κολαβρίζειν, in usu sunt, non item κώλαβρος. Suidas: κολαβρισθείη, χλευασθείη, ἐκτιναχθείη, ἀτιμασθείη. κόλαβρος γὰρ καὶ κάλαβρος, ὁ μικρὸς χοῖρος. ἀντὶ τοῦ οὐδενὸς λόγου ἄξιος νομισθείη. Confer Bocharti Hieroz. P. I. Lib. II. c. 57. p. 707.

ΚΟΛΑ'ΖΩ, *punio, castigo.* הִכְנִיעַ Hiph. *deprimo.* Aqu. 2 Sam. VIII.
d 1. ἐκόλασεν. Mihi admodum suspecta est hæc nota hexaplaris, quæ nimis recedit a propria verbi Hebr. notione, quam ut Aquilæ tribui possit. Igitur aut ἐταπείνωσε reponendum erit, aut, quia hoc quoque nimis recedit ab impressa lectione, statuendum erit, A h. l. ἄλλον significare, qui sensum expresserit; hoc sensu: puniit eos (ob crebras irruptiones,
e quas in terram Judaicam fecerant), sc. deprimendo et infringendo eorum potestatem. — קָבַע, *rapio.* Symm. Prov. XXII. 23. κολάσεται. Sap. XI. 17. δι' ὧν τις ἁμαρτάνει, διὰ τούτων κολάζεται, per quod quis peccat, per hoc punitur et idem. Vide et Sap. XVI. 9. 1 Macc. VII. 7. 2 Macc. VI. 14.

ΚΟΛΑΚΕΥ'Ω, *adulor, assentor.* 3 Esdr. IV. 31. Sap. XIV. 17. *divino cultu prosequi.* Vulg. *colere.* f
Esth. I. 12. κολακεῦσαι τὸ πρόσωπον ὑπὲρ κ. τ. λ. sec. Vet. Arund. i. q. ἀξιῶσαι αὐτὸν ὑπὲρ κ. τ. λ.

ΠΡΟΣΚΑΛΕ'ΟΜΑΙ ΚΟΛΑΚΕΥ'ΩΝ, *adulans advoco.* חָנַן, *supplico.* Symm. et LXX Job. XIX. 17.

ΚΟΛΑΠΤΑΙ', plur. *sculpti calyces florum nondum apertorum.* Kircherus transfert *cucurbitas.* פְּקָעִים plur. *cucurbitæ.* 1 Reg. VI. 18. et 29. In utroque loco Compl. habet ἐν g
κολαπτοῖς.

*ΚΟΛΑΠΤΟ'Σ, *sculptus, incisus.* Vide supra s. v. κολαπταί.

ΚΟΛΑ'ΠΤΩ, *sculpo, incido.* גְּזִית, *cæsura.* 1 Reg. VII. 9. κεκολαμμένα, *cælata.* Ita Bielius. Sed rectius referendum videtur ad מְגֹרָרוֹת, præeunte Montfauconio. *Serrata* et *incisa* minime differunt. Cohæret præterea κεκολαμμένα cum verbis ἐκ διαστήματος, *ex intervallo,* quæ h
Hebr. בַּמְּגֵרָה, *in serra,* respondent. — חָרַת, *incido, insculpo.* Exod. XXXII. 15. γραφὴ Θεοῦ ἐστι κεκολαμμένη ἐν ταῖς πλαξί, scriptura Dei *est sculpta* in tabulis. Hesych. κεκολαμμένη, γεγλυμμένη. — כְּרֻתוֹת plur. *trabes excisæ.* 1 Reg. VII. 11. — פָּתַח, *aperio,* h. l. *cælatura sculpo.* Ex. XXXIX. 5. Lex. Cyrilli MS. Brem. κολάπτει, γλύφει. Sirac. XLV. 13. 3 Macc. II. 27. sec. Ald. i
et Compl. ἐκόλαψε γραφήν, ubi alii libri ἐξεκόλαψε habent.

ΚΟ'ΛΑΣΙΣ, *pœna, cruciatus, supplicium.* מִכְשׁוֹל, *offendiculum.* Ez. XIV. 3. 4. 7. XVIII. 30. XLIV. 12. Omne, quod causa est *infortunii* aut *pœnæ,* in SS. *offendiculum* dicitur. Sap. XI. 14. διὰ τῶν ἰδίων κολάσεων. Lat. reddit: *per sua tormenta.* Vide et Sap. XVI. 2. 24. XIX. 4. et conf. Matth. XXV. 46. et Ælian. V. H. XIII. 2. 2 Macc. IV. 38. τοῦ

a κυρίου τὴν ἀξίαν αὐτῷ κόλασιν ἀποδόντος, Domino dignam illi retribuente *pœnam*.

ΚΟ'ΛΑΣΙΝ ΛΑΜΒΑ'ΝΟΜΑΙ, *castigationem accipio.* נִכְלַם Niph. *erubesco.* Ez. XLIII. 11. Vox Hebr. notat quoque *pœna ignominiosa affici.*

*ΚΟΛΑΣΤΗ'ΡΙΟΝ, *instrumentum aptum ad pœnas inferendas.* 4 Macc.
b X. 4.

ΚΟΛΕΟ'Σ, *vagina.* נָדָן, idem. 1 Par. XXI. 27. ubi alii κουλεὸν habent. — תַּעַר, *novacula*, item *vagina.* 2 Sam. XX. 8. Ez. XXX. 3. Inc. et LXX ib. v. 30. Hesych. κολεὸς, ἡ θήκη τοῦ ξίφους.

ΚΟΛΛΑ'Ω, pr. *agglutino*, metaph. *adhærere* vel *cohærere facio*, et κολλάομαι, *conglutinor, adhæreo, cohæ-*
c *reo*, metaph. *firmiter adhæreo.* דָּבַק, idem. (ܕܒܩܐ est *arbor, ex qua viscus nascitur*, unde et *viscus*, Græce ἡ κόλλα, ipse ܕܒܩܐ dicitur. Similiter Arabibus دبق tum *plantam*, tum *gluten ipsum* significat.) Deut. X. 20. πρὸς αὐτὸν κολληθήσῃ, illi *adhærebis*. Jerem. XIII. 11. καθάπερ κολλᾶται τὸ περίζωμα περὶ τὴν ὀσφὺν τοῦ ἀνθρώπου, οὕτως ἐκόλλησα πρὸς
d ἐμαυτὸν τὸν οἶκον Ἰσραήλ, quemadmodum cingulum *adhæret* lumbo hominis, ita ego mihi *adhærere feci*, s. *arctissime mecum conjunxi* domum Israëlis. Thren. IV. 4. ἐκολλήθη ἡ γλῶσσα θηλάζοντος πρὸς τὸν φάρυγγα, *adhæret* lingua infantis sugentis faucibus. Deut. XXVIII. 60. κολληθήσονται ἐν σοὶ, firmiter tibi adhærebunt. Vide et 2 Reg. III. 3. V.
e 27. Ruth. II. 8. κολλήθητι μετὰ τῶν κορασίων μου, *adhære* s. *adjunge te* ancillis meis. 2 Sam. XX. 2. ἐκολλήθη τῷ βασιλεῖ αὐτῶν, *manserunt* apud regem suum. 2 Reg. XVIII. 6. ἐκολλήθη τῷ κυρίῳ, Jovæ *adhæsit.* Conf. 1 Cor. VI. 17. Job. XXIX. 10. γλῶσσα αὐτῶν τῷ λάρυγγι αὐτῶν ἐκολλήθη, lingua illorum faucibus illorum *adhæret*. Vide et Psalm. CXXXVI. 7. Psalm. CXVIII. 25. f
ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου, *adhæret solo anima mea*, h. e. *valde humiliatus sum.* Job. XXXVIII. 38. κεκόλληκα δὲ αὐτὸν ὥσπερ λίθῳ κύβον, *cohærere* autem illum feci, tanquam tesseram cum lapide. Job. XLI. 15. σάρκες δὲ σώματος αὐτοῦ κεκόλληνται, carnes autem corporis ejus *inter se cohærent.* Psalm. XLIII. 27. g
ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου, anima mea tibi *adhæret.* Ps. XLIII. 27. ἐκολλήθη εἰς γῆν ἡ γαστὴρ ὑμῶν, *adhæret terræ* venter vester, h. e. *humi jacet* corpus vestrum. Psalm. CXVIII. 31. ἐκολλήθην τοῖς μαρτυρίοις σου, *adhæreo* testimoniis tuis. Adde: Aqu. I Sam. XXXI. 2. ἐκολλήθησαν, *a tergo* illum *persecuti sunt.* Idem ac Incert. 2 Sam. I. 6. Aqu. Job. XIX. 20. — הִגִּיעַ Hiph. a נָגַע, h
tangere facio. Thren. II. 2. ἐκολλήθην (vel, ut alii rectius, ἐκόλλησεν) εἰς τὴν γῆν. Adde Zach. IV. 5. sec. cod. Barb. — נָגַשׁ, *appropinquo.* Job. XLI. 8. εἷς τοῦ ἑνὸς κολλῶνται, unus alteri adhæret. — נָצַר, *custodio.* Ps. XXIV. 22. Tribuerunt voci Hebr. eam notionem, quam habet Lat. *observare.* Secundum Cappellum in Crit. S. p. 522. legerunt יְצָרוּנִי, a צוּר, *arctare, pre-* i
mere, vel צָרַר, *ligare, colligare.* — רָבַץ, *cubo.* Deut. XXIX. 20. κολληθήσονται ἐν αὐτῷ πᾶσαι αἱ ἀραὶ, *incumbent* ei omnes imprecationes. Baruch. I. 14. ἐκολλήθη εἰς ἡμᾶς τὰ κακὰ, coll. Dan. IX. 11. Vide et III. 2. 3 Esdr. IV. 20. πρὸς τὴν ἰδίαν γυναῖκα κολλᾶται, uxori suæ *adhæret.* Sir. XIX. 2. ὁ κολλώμενος πόρναις, coll. 1 Cor. VI. 16.

ΚΟ'ΛΛΗ, i. q. κόλλα, *gluten.* *דֶּבֶק, *junctura.* Aqu. Theod. Ies. XLI. 7. τῇ κόλλῃ ἀγαθόν ἐστιν. Vulg. *glutino bonum est:* melius: ad con-

"ΟΣΠΡΙΟΝ, *legumen.* זֵרְעֹנִים plur. *semina, legumina.* Inc. Dan. I. 16. — *זֵרֹעִים, idem. Dan. I. 12. sec. cod. Chis.

a 'ΟΣΠΡΙΩ'ΔΗΣ, *leguminosus, leguminii similis.* כַּרְמֶל, *spica virens.* Aqu. Lev. II. 14. λάχανα ὀσπριώδη: ubi, ut mihi quidem videtur, duæ versiones coaluerunt.

'ΟΣΤΕ'Ι'ΝΟΣ, *osseus, ex osse factus.* עָצוּם, *validus, robustus.* Aqu. Gen. XVIII. 18. ἔθνος ὀστέϊνον, gens ossea, h. e. *valida, potens.* Vide Drusium in Fragm. Vet. Intt.
b Græc. p. 27. Aqu. Ps. XXXIV. 21. ὀστεΐνῳ.

'ΟΣΤΕ'ΟΝ, contr. 'ΟΣΤΟΥ͂Ν, *os, ossis.* גֶּרֶם, idem. Prov. XVII. 22. XXV. 15. Dan. VI. 24. — עֶצֶם, idem. Genes. II. 23. XXIX. 14. L. 25. et alibi sæpissime. Job. XIX. 20. τὰ δὲ ὀστᾶ μου ἐν ὀδοῦσιν ἔχεται, *ossa mea in dentibus hærent:* quæ verba Montfauconius male retulit ad ver-
c ba: — עַצְמִי בְעוֹרִי, cum potius pertineant ad sequentia וָאֶתְמַלְּטָה בְּעוֹר שִׁנָּי, *et evasi in pelle dentium meorum,* h. e. derelicta est tantum pellis circa dentes meos. Suspicor, in LXX reponendum esse τὸ δὲ δέρμα μου (vel τὰ δὲ χείλη μου) ἐν ὀδοῦσιν ἔχεται, h. e. pellis mea dentibus tantum sustinetur, s. derelicta est tantum pellis circa dentes meos; i.
d q. nos dicimus: ich kann kaum meine Zähne bedecken, *I can scarcely cover my teeth.* Vulgatus: *derelicta sunt tantummodo labia* (sc. pellis sine carne) *circa dentes meos.* — עָצַם Pih. *ossa contero.* Jer. L. 17. Legerunt עִצְּמוֹ.

*'ΟΣΤΕ'ΩΣΙΣ, quasi *ossuositas, firmitas ossium, robur.* Hoc substantivum, quod et Stephani The-
e saurus ignorat, Aquilæ reddendum videtur Ies. XLI. 21. pro Hebr. עֲצֻמוֹת. Quanquam enim ibi ex Theodoreto, Procopio et MSS. Aquilæ tribuuntur verba ἐγγίσατε τὰς στερεώσεις ὑμῶν, tamen in Procopii Textu Gr. p. 462. ed. Curterii loco τὰς στερεώσεις (quod in margine tantum notavit) reperitur τὰς ὀστεώσεις, quæ mihi ideo videtur vera Aquilæ lectio esse, quia solet partim illud f
עָצַם, et vocabula inde derivata, vertere vocabulis ὀστέον, et inde derivatis, partim, ubi in Græca lingua non haberet vocabula, quæ apte responderent primis et propriis verborum Hebraicorum notionibus, a nominibus Græcis nova deducere verba ad similitudinem Hebraicorum, salva tamen analogia. Conf. Fischeri Clav. Verss. GG. pag. 39. g
Jam huic inusitato primum ab Aquila effícto vocabulo, ὀστέωσις, substitutum est a librariis usitatius et magis receptum στερέωσις.

*'ΟΣΤΙΣ, *quicunque.* Sap. XIX. 15. et 2 Macc. XIV. 3. καθ' ὅντινα οὖν τρόπον, *ulla demum ratione.*

'ΟΣΤΟ'Ι'ΝΟΣ, *osseus, fortis.* עָצוּם, *validus.* Aqu. Exod. I. 9. Deuter. VII. 1. ubi pro ὀστοϊνά σου legendum ὀστοϊνα ὑπέρ σε, vel certe delendum h
illud σου, quod irrepsit, ni fallor, e versione LXX Intt. Inc. Deut. IX. 1. In mente habuerunt vocem עָצַם, quæ proprie *ossa* notat.

'ΟΣΤΡΑ'ΚΙΝΟΣ, *testaceus.* חֲסַף: חַסְפָּא Chald. *lutum, argilla.* Dan. II. 33. 34. 41. 42. — חֶרֶשׂ, *testa.* Levit. VI. 28. XI. 33. XIV. 5. et alibi sæpius. — *חֶרֶשׂ, nomen proprium, *Chares.* Symm. Ies. XVI. 11. Aqu. Symm. Jer. XLVIII. 31. In utroque loco habuerunt pro no- i
mine appellativo חֶרֶשׂ. — יוֹצֵר, *figulus.* Ies. XXX. 14. Jerem. XIX. 11.

"ΟΣΤΡΑΚΟΝ, *testa,* cùm quæ ex figulina terra conficitur, tum ea, quam pisces et ova habent. חֲסַף: חַסְפָּא Chald. *lutum, argilla.* Dan. II. 35. 41. 43. 46. — חֶרֶשׂ. Job. II. 8. Ps. XXI. 16. Inc. et LXX sec. Compl. Ezech. XXIII. 34. ubi

a Vulgat. bene transtulit *fragmentum.*
Vox Hebr. h. l. commode de *fæci-*
bus accipi potest, quia de calice ser-
mo est. Aquila Job. XLI. 22.
Sirac. XXII. 7. ὄστρακον συγκολλῶν,
qui testam confractam conglutinare
conatur, h. e. inutiliter et frustra
laborat, agit rem difficilem vel im-
possibilem.

*ΟΣΤΡΑΚΩ'ΔΗΣ, *testaceus.* חֶרֶס,
b nomen proprium. Jud. I. 35. ἐν τῷ
ὄρει τῷ ὀστρακώδει, quæ cod. Coisl.
τοῖς Γ tribuit. Permutarunt ס et
שׂ.

'ΟΣΤΩ'ΔΗΣ, *osseus.* גֶּרֶם, *os,*
ossis. Aqu. Genes. XLIX. 14. et
2 Reg. IX. 13.

'ΟΣΦΡΑΙ'ΝΟΜΑΙ, *odoror, olfacio.*
בָּעַר, *ardeo.* Jud. XV. 14. ἡνίκα ἂν
ὀσφρανθῇ πυρὸς, *cum odorem ignis ac-*
c *ceperit,* ubi ὀσφραίνεσθαι πυρὸς est *le-*
viter aduri, flamma tantum tangi.
Sic et nos dicere solemus: das
Feuer riechen, *to smell the fire.* Si
sana sunt hæc, verba quæ in cod.
Alex. Oxon. Compl. et Ald. legun-
tur, atque Montfauconius e cod.
Basil. Theodotioni tribuit, legerunt
בַּהֲרִיחָם אֵשׁ. Sed, ut recte obser-
vavit ad h. l. Scharfenbergius, in-
d terpolati sunt libri isti e Cap. XVI.
9. — הֵרִיחַ Hiph. a רִיחַ, *odoror,*
olfacio. Gen. VIII. 21. ὠσφράνθη κύ-
ριος ὀσμὴν εὐωδίας, odoratus est Do-
minus odorem bene fragrantem:
ubi Schol. ὄσφρησιν καλεῖ τὴν τὸ εὐσεβὲς
ἀποδεξαμένην κρίσιν. Ibid. XXVII. 27.
Exod. XXX. 38. et alibi sæpius.
Tob. VI. 17. VIII. 2. Sir. XXX.
18. Hesych. ὠσφρήνθη, συνῆκεν.

e *'ΟΣΦΡΑΝΣΙΣ, *odor.* רֵיחַ, idem.
Hos. XIV. 7. Ita legit h. l. Cyril-
lus, teste L. Bos. in notis ad h. l.

'ΟΣΦΡΑΣΙ'Α, *odor.* רֵיחַ, idem.
Hos. XIV. 7.

'ΟΣΦΥ'Σ, *lumbus.* אַלְיָה, *cauda.*
Lev. III. 9. VI. 33. VIII. 24. IX.
19. Vide Scharfenbergium ad Lev.
VII. 3. — חָלוּץ part. Pah. *expedi-*
tus. Ies. XV. 4. Hic legerunt
חֲלָצַיִם. — חֲלָצַיִם, *dualis.* Genes. f
XXXV. 11. ἐκ τῆς ὀσφύος σου, e lum-
bo tuo, h. e. e *semine* tuo. Vide et
2 Par. VI. 9. et confer Hebr. VII.
5. Hesych. et Gloss. in Ep. ad
Hebr. ἐκ τῆς ὀσφύος, ἐκ τοῦ σπέρματος.
Lex. Cyrilli MS. Brem. ἐκ τῆς ὀσφύος,
ἐκ τοῦ σπέρματος, ἐκ τῶν ψυῶν, ἐκ τῶν
μυελῶν. Vide Alberti not. ad Gloss.
Græc. N. T. pag. 175. — חַרְצִין
Chald. plur. *lumbi.* Dan. V. 6. g
— יָרֵךְ, *femur.* Hebr. Int. Genes.
XXIV. 2. — פְּסָלִים plur. *ilia.*
Incert. Levit. III. 10. ὀσφύων. —
*מֵתִים, *mortui.* Ezech. XXIV.
17. Legerunt מָתְנַיִם, et per ὀσφὺν
intellegendi sunt *liberi, qui e lumbis*
prodierunt. Nam aliter verba ὀσ-
φύος πένθος ἔσῃ explicari nequeunt.
— מָתְנַיִם dual. Gen. XXXVII.
33. Exod. XII. 11. XXVIII. 38. et
alibi sæpius. — שַׁעַר. *porta.* Ruth. h
IV. 10. ἐκ τῆς ὀσφύος τοῦ τόπου αὐτοῦ,
h. e. inter eos, qui in hac urbe nati
sunt. Mira loquendi ratio, quæ
tamen quodammodo hac ratione ex-
cusari potest, quod *porta* h. l. per
metonymiam subjecti de *urbis inco-*
lis, qui per portas ingrediuntur et
egrediuntur, explicanda est. Conf.
Ruth. III. 11. et Ies. XIV. 31.
Lex. Cyrilli MS. Brem. ὀσφὺς, τὸ
πλησίον τῶν γλουτῶν, ῥάχις, ψύαι. He- i
sych. ὀσφὺς, ὁ παρὰ πλευρὰν διάκενος τό-
πος.

'ΟΤΑΝ, *cum, quando.* כִּי. Jerem.
XXIX. 10. et juxta Cod. Alex. Jud.
XIII. 17. — *כֵּן. Psalm. CXXVI.
4. Sic intellexerunt, ac si esset
כֵּיוֹן, ut transtulit etiam ipse Chal-
dæus interpres. — מִדֵּי, *ex quo.* Ies.
XXVIII. 19. — מִן, *ex.* Jerem.
XXXIV. 14.

'ΟΤΕ, idem. אִם. Inc. Jud. VI.

2. — בְּיוֹם, *in die.* Jos. XIV. 11. — כִּי. Jud. XIII. 17. ὅτε (sic enim pro ὅτι bene legendum censet L. Bos. Proleg. in LXX Intt.) ἔλθοι τὸ ῥῆμά σου, *quando* venerit verbum tuum. Sic etiam idem vir doctus pro ὅτι Ies. LX. 5. ὅτε scribendum præcipit. Conf. eundem ad 1 Cor. III. 13. p. 125. ubi observat, quod Deut. IV. 10. pro ὅτι Cod. Alex. habeat ὅτε, et Deut. XXVIII. 62. et 2 Reg. XVII. 7. ubi alii ὅτι, Alex. et Complut. pariter ὅτε legunt. Alia similia loca ex Theophrasto et Luciano attulit Alberti ad 1 Cor. l. c. pag. 340. — מִדֵּי, *a tempore.* 1 Reg. XIV. 29.

*ΟΤΙ, *quod, quia, nam, quapropter, ideo, certe, utique, profecto, sed, quamvis, quare, cur.* אַךְ, *profecto.* Gen. XLIV. 28. εἴπατε, ὅτι θηριόβρωτος ἐγένετο, dixistis, *certe* a feris devoratus est. — אָכֵן, idem. Genes. XXVIII. 16. καὶ εἶπεν, ὅτι ἐστὶ κύριος ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, et dicebat, *certe* Dominus est in hoc loco. — אֶל־אוֹדוֹת, *propter.* 2 Sam. XIII. 16. — אִם, *si.* Ies. IV. 4. LIII. 10. ubi plerique statuunt errore hic ὅτι pro ὅτε vel ὅταν legi. Sed eodem sensu particulam ὅτι accipit Beza Luc. XVI. 8. et sic quoque apud profanos scriptores occurrit. Cf. Lex. N. T. s. h. v. — אֶפֶס כִּי, *tantum quia.* Deut. XV. 4. — *הִנֵּה. Symm. 1 Sam. XIX. 24. — ו præfixum. Job. XXIII. 3. — *כְּ. LXX sec. Hex. Jud. XXI. 22. ubi iterum nonnulli ὅτε legere malunt. — כִּי. Ruth. I. 12. ὅτι εἶπα, ubi legendum ὅτι εἰ εἶπα, *quia etsi dicerem.* Facile contingere potuit, ut illud εἰ cum sequentis dictionis priori syllaba earundem literarum coiret. 1 Reg. VIII. 37. ubi ὅτι est *quando*, i. q. ἐὰν, s. ὅταν, et cum ὅτε in codd. permutatur. Psalm. LVIII. 8. ὅτι τίς ἤκουσε; *nam* quis audivit? Ies. XLIX. 18. ζῶ ἐγὼ, ὅτι πάντας αὐτοὺς ὡς κόσμον ἐνδύσῃ, vivo ego, inquit Dominus, omnes illos tanquam ornatum indues. Hic ὅτι non minus ac Hebr. כִּי *redundat,* ut 1 Reg. I. 13. ubi nihil pro ὅτι in textu Hebr. legitur. Sic quoque passim apud profanos παρέλκει. Confer L. Bos. ad Marc. XV. 7. pag. 23. Psalm. XXXVI. 20. ὅτι οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπολοῦνται, *sed* peccatores peribunt. Vide et Jud. I. 19. Ies. II. 6. et Wolf. ad Marc. IX. 10. pag. 484. Jud. XV. 3. ἠθῷωμαι, καὶ τὸ ἅπαξ ἀπὸ ἀλλοφύλων, ὅτι ποιῶ ἐγὼ μετ' αὐτῶν πονηρίαν, innocens sum, et hoc tempore ab alienigenis, *quapropter* eos male tractabo. 1 Sam. II. 25. ὅτι βουλόμενος ἐβούλετο κύριος διαφθεῖραι αὐτοὺς, *ideo* volebat Deus perdere illos. Psalm. CXV. 1. ἠγάπησα, ὅτι εἰσακούσεται κύριος τῆς φωνῆς μου, dilexi, *ideo* exaudiet Deus vocem orationis meæ. Conf. Luc. VII. 47. et ad h. l. Wolfium pag. 638. 1 Sam. XIV. 39. ὅτι ζῇ κύριος ὁ σώσας τὸν Ἰσραὴλ, *certe* vivit Dominus, qui servat Israëlem. Exod. XIII. 17. οὐχ ὡδήγησεν αὐτοὺς ὁ θεὸς ὁδὸν γῆς Φυλιστιεὶμ, ὅτι ἐγγὺς ἦν, non duxit illos Deus via terræ Philistæorum, *quanquam* propinqua esset. Conf. Luc. XXIII. 40. et Glassii Philolog. Sacr. Lib. III. tr. VII. can. 13. pag. 1112. seq. Job. V. 21. ubi tamen pro ὅτι reponendum ὅτε. — לָמָּה, *quare.* 2 Sam. VII. 7. ὅτι οὐκ ᾠκοδομήσατέ μοι οἶκον κέδρινον; *quare* mihi non ædificastis domum cedrinam? Confer Marc. IX. 11. 20. et 1 Par. XVII. 6. — *מָה. Jerem. II. 36. Legendum τί. Vulg. *quam.* Ezech. XXXIX. 13. Legendum ὅ, τι. — *עַד. 1 Sam. II. 5. Reponendum est ὅτε, *quando* sterilis peperit septem. — עַל דְּבַר, *propter rem.* Deuter. XXII. 24. — עֵקֶב. Num. XIV. 24. — *שֶׁ pro אֲשֶׁר.

a tionis, fuisse videtur. — Vide alibi ἀλήθεια, μνάομαι, προσδέχομαι, et σώζομαι.

*ΟΥ̓ ΜΗ῍Ν, *non tamen, profecto non.* לֹא, *non.* Job. XXVII. 6. ubi tamen rectius fortasse legitur οὐ μή. Vide infra s. v. προΐεμαι.

ΟΥ̓ ΜΗ῍Ν ΔΕ', ἈΛΛΑ', *verumtamen.* אָבִי, *pater mi.* Job. XXXIV. 36. Legerunt hic אַךְ, aut e con-
b jectura Michaëlis אָכֵן, *sane, certe.* — אוּלָם. Job. II. 5. V. 8. XIII. 8. — וְאוּלָם. Job. XVII. 10. — כַּמָּה, *quam, quomodo.* Job. XXI. 17. Vide et Job. XXVII. 7. ubi nihil pro his vocibus in textu Hebr. legitur.

ΟΥ῟, pro ἐφ' οὗ τόπου, *ubi.* אָנָה, *quo.* Ez. XXI. 16. — אֲשֶׁר מָקוֹם, *loco quo.* Esth. IV. 3. Vide et infra
c τόπος οὗ ἵστημι, et L. Bos Ellips. p. 201. Sir. XXIII. 21.

ΟΥ῟ ἌΝ, *ubicunque.* מָקוֹם אֲשֶׁר, *loco quo.* Esth. VIII. 17.

ΟΥ῟ ἘΑ'Ν, *ubicunque.* בַּאֲשֶׁר. Jud. XVII. 9. οὗ ἐὰν εὕρω, ubicunque invenero. Al. ἐν ᾧ ἐὰν εὕρω τόπῳ.

ΟΥ῟ pro περὶ οὗ, *de quo.* אֲשֶׁר. 2 Par. XXXIII. 7. ἐν οἴκῳ Θεοῦ, οὗ
d εἶπε Θεὸς πρὸς Δαυὶδ, in domo Dei, *de qua* locutus est Deus ad Davidem.

ΟΥ̓ΑΙ', *væ, heu.* אוֹי, idem. Num. XXI. 29. Jerem. X. 18. Hos. VII. 13. et alibi sæpius. — אִי, *non,* item *væ.* Cohel. IV. 10. X. 16. — *אֵיכָם, *ubi.* Nah. III. 17. ubi pro οὐαὶ αὐτοῖς vel οὗ αὐταὶ reponendum, vel statuendum est, eos אוֹיָם in suo li-
e bro habuisse: nam אוֹי est οὐαί. — *הוֹ pro הוֹי. Amos V. 16. — *הֹוָה, *ærumna.* Ezech. VII. 26. Forte legerunt הוֹי. — הוֹי, *væ.* 1 Reg. XIII. 30. Ies. I. 4. 24. V. 8. et alibi

sæpius. — הִי, *væ.* Ezech. II. 10. — *הָיוּ, *fuerunt.* Soph. III. 18. Legerunt הוֹי. — *הֲלֹא, *nonne.* Job. XXXI. 2. Legendum οὐχί, ut jam recte conjecit Montfauconius. Vulg. *numquid non?* — Vide quoque alibi f
καλέομαι.

ΟΥ̓ΔΑΜΙΝΟ'Σ, *qui pro nihilo habetur, qui nullius est pretii.* אֻמְלָלִים plur. *languidi.* Al. Nehem. IV. 2. οὐδαμινοί. Substantivum οὐδαμινότης reperitur apud Phavorinum s. v. ἐπαρίθμιος.

ΟΥ̓ΔΑΜΟΥ῀, *nequaquam,* it. *nusquam.* אַיִן, *non.* Job. XIX. 7. — אֵינֶנּוּ, *non hoc.* Prov. XXIII. 5. — g
אָנֶה וָאָנָה, *huc et illuc.* 1 Reg. I. 37.

*ΟΥ̓ΔΑΜΩ῀Σ, i. q. οὐδαμοῦ, *nequaquam.* Legitur 3 Macc. I. 11. 12. II. 24. III. 6. Hesych. οὐδαμῶς, οὐδέποτε ἢ παντελῶς.

ΟΥ̓ΔΕ', *neque.* אַיִן, *non.* Ies. XL. 28. XLV. 9. — אַף אַיִן, *etiam non.* Psalm. CXXXIV. 17. Ies. XLI. 26. — וְאַיִן, *et non.* Exod. XXXII. 17. h
Jos. VI. 1. Job. XVIII. 20. et alibi sæpius. — וְלֹא, idem. Lev. XXVI. 44. Num. XX. 17. Jos. I. 5. et sic alibi sæpissime. Ps. CXXI. 4. οὐδὲ νυστάξει, *nedum* vel *quanto minus* dormiet. — *לוּא, *utinam.* Symm. Ies. LXIII. 19. (LXIV. 1.) Legit לוּא, vel potius literis transpositis וְלֹא.

*ΟΥ̓ΔΕ' ΜΗ'Ν. וְלֹא, *et non.* Job. i
XXVIII. 13. οὐδὲ μήν. Sed rectius in cod. Alex. Ald. et Compl. legitur οὐδὲ μή. Hieron. *nec invenietur.* — Vide alibi ἄλλως, et εἷς.

ΟΥ̓ΔΕΙ'Σ, ΟΥ̓ΔΕΜΙ'Α, ΟΥ̓ΔΕ'Ν, *nullus, a, um, nemo, nihil.* אֶחָד, *unus,* ubi adverbium negandi præcedit, vel sequitur. Exod. VIII. 31. IX. 6. 7. et alibi. — *אַחֲרֹן

a לָא Chald. *alius non*. Dan. II. 11. sec. cod. Chis. — אַיִן. Cohel. III. 19. — אֵין quasi constr. Num. XX. 19. Jos. VI. 1. Job. II. 13. et alibi. — אֵין כֹּל, *non omne*. Num. XI. 6. אִישׁ, *vir*, ubi adverbium negandi præcedit vel sequitur. Gen. XLV. 1. Exod. II. 12. X. 23. et alibi. — אֵין אִישׁ, *vir non*. Gen. XIX. 31.— אִישׁ לֹא, vel לֹא אִישׁ, idem. Gen.
b XXIII. 6. Jos. XXIII. 9. Esth. IX. 2. — בְּלִימָה, *nihilum*. Job. XXVI. 7. — דָּבָר, *verbum*, ubi adverbium negandi præcedit vel sequitur. Deut. XXII. 26. Jos. XI. 15. Esth. VI. 3. Ies. XXXIX. 6. Symm. 1 Sam. XX. 22. ubi Vulg. bene transtulit: *nihil mali*, quam notionem דָּבָר h. l. habet, ut significet *insidias, dolum*. Vide Lexic.
c N. T. s. v. οὐδείς, et μηδείς. — לֹא דָבָר, *non verbum*. Esth. II. 15. — מְאוּמָה, *quicquam*, cum prævio adverbio negandi. 1 Sam. XII. 4. — אֵין מְאוּמָה, *nihil quicquam*. Jud. XIV. 6. — *מִי, *quis?* Symmach. Cohel. VII. 25. οὐδείς. Bene. Nam interrogatio haud raro negat apud Hebræos. — מְזִמָּה, *cogitatio*. Job. XLII. 2. ubi sine dubio legerunt
d מְאוּמָה. Sir. XXVII. 22. ubi pro οὐδεὶς reponendum εἰδὼς, hoc sensu: *qui noverit eum, missum faciet.*

ΕἸΣ ΟΥ̓ΔΕ'Ν, *in nihilum*. אַגְמֵי מַיִם, *stagna aquarum*. Ies. XIV. 23. Bene quoad sensum. — הֶבֶל, *vanitas*. Ies. XLIX. 4. — *הִשְׁבִּית Hiph. a שָׁבַת, *cessare facio*. Theodot. et Ed. Quint. Ps. CXVIII. 19. adeo illos contrivisti et dispersisti,
e ut ad nihilum redigerentur. Non opus ibi est cum nonnullis statuere, eos הֶצְבַת legisse. Fortasse tamen εἰς οὐδὲν ibidem referendum est ad סִיגִים, *scoriæ*, ut לְסִיגִים legerint. Tunc sensum non male expresserunt, nam *scoriæ* sunt *res nihili*. — לְאַיִן. Al. Ies. XL. 23. — לֹא עַל, *non excelsus*. Hos. VII. 15. ἀπεστράφησαν εἰς οὐδὲν, conversi sunt in nihi- f
lum. Videntur cum Syro legisse עַל־לֹא, vocibus transpositis, atque tunc per οὐδὲν fortasse *idola* intellegenda sunt, sensu minime incommodo. Fortasse etiam legerunt לֹא לְכֹל, ut Jerem. XIII. 7. 10. aut, quod nunc mihi placet, putarunt עַל esse a יָעַל, quo etiam Jarchii interpretatio spectat. — מֵאֶפֶס וָתֹהוּ, *præ nihilo et inane*. g
Ies. XL. 17.

ἘΠ' ΟΥ̓ΔΕ'Ν, idem. עַל תֹּהוּ, *super inane*. Job. XXVI. 7.

ΠΑΡ' ΟΥ̓ΔΕ'Ν, *præter nihil*. כְּאַיִן, *sicut nihil*. Symmach. Psalm. LXXII. 2.

ὩΣ ΟΥ̓ΔΕ'Ν, *sicut nihil*. כְּאַיִן, *sicut nihil*. Ies. XL. 17. — לְאַיִן, *in nihilum*. Ies. XL. 23. — כְּתֹהוּ, *sicut inane*. Ies. XL. 23. h

ΟΥ̓ΔΕ'ΠΟΤΕ, *nunquam*. מִיָּמָיו, *a diebus suis*. 1 Reg. I. 6.

ΟΥ̓ΔΟ'Σ, *limen*. *מִפְתָּן, idem. Inc. et LXX Ezech. XLVII. 1. — תָּא, *thalamus*. Symm. Ezech. XL. 6. et 7. Ita Bielius. Sed utrobique in Hexaplis bene respondet Hebr. סַף, *limen*. Gloss. MS. Brem. τὸν οὐδόν, τὸν βαθμόν. Hesych. οὐδός, βαθμός, βατὴρ ὁ πρὸ τῆς θύρας. βαθμὸς i
καὶ ὁδός. Suidas: Οὐδὸς, φλιά, βατὴρ, τὸ κάτω τῆς θύρας, ἢ ἔδαφος, ἢ βαθμός.

ΟΥ̓ΘΕΙ'Σ, ΟΥ̓ΘΕ'Ν, *nullus, nihil*. לֹא אֶחָד, *non unus*. Ps. CXXXVIII. 15.— אַיִן, *non*. Ies. XLI. 28. LIX. 4. LXIII. 5. — אִישׁ, *vir*, cum adverbio negandi. Gen. XLI. 44. Ex.

a XXXIV. 24. Deut. VII. 24. — אִין אִישׁ : אִישׁ אֵין. Gen. XXXIX. 11. 1 Sam. XXI. 1.—*בֹּהוּ, *vacuitas, inanitas*. Aqu. Symm. Theod. Jerem. IV. 23. — דָּבָר, *verbum*, cum adverbio negandi. Exod. V. 11. Ies. XXXIX. 2. Jer. XXXII. 17. — זָר, *extraneus*. 1 Reg. III. 18. οὐκ ἔστιν οὐδεὶς μεθ' ἡμῶν, nec alius quisquam præter nos. — לֹא
b מְאוּמָה, *non quicquam*. 1 Sam. XXIX. 3. — תֹּהוּ, *inane*. 1 Sam. XII. 21. de diis gentium: οὐκ ἐξελοῦνται, ὅτι οὐδέν εἰσι, non eripient, quia *nihil* sunt. Conf. 1 Cor. VIII. 4. et ad h. l. Heinsii Exerc. Sacr. VII. 5. p. 363. — תֹּהוּ וָבֹהוּ, *inane et vacuum*. Jerem. IV. 23. et Theodot. secundum quædam exemplaria Gen. I. 2.

ΟΥ̓ΘΕ'Ν ΕΙ'ΜΙ', *nihil sum*. קָלַל,
c *vilesco*. Job. XXXIX. 34.

ΕἸΣ ΟΥ̓ΘΕ'Ν, *in nihilum*. לְכֹל, *ad omne*, cum prævio adverbio negandi. Jerem. XIII. 7. 10.

ΕἸΣ ΟΥ̓ΘΕ'Ν ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *in nihilum redigor*. הָיָה מִקֹּל, *factum est ex levitate*. Jer. III. 9. Legerunt מִקַּל, *leve quid*, vel *nihilum*.

*ΟΥ̓Κ ἊΝ, Hebr. הֲלֹא, *nonne*. Abd. v. 5. ubi bis ita legitur.

d *ΟΥ̓ΚΕ'ΤΙ. לֹא. Symm. sec. cod. Mosqu. Gen. IV. 12. Adde Amos IX. 15. Soph. III. 15.

*ΟΥ̓Κ 'ΕΓΩ', *non ego*. בִּלְעָדַי, *præter me*. Symm. et Syrus Genes. XLI. 16.

ΟΥ̓Κ 'ΙΔΟΥ', *nonne ecce*. הֲלֹא, *nonne*. Inc. Jud. IX. 38.

*ΟΥ̓ΛΑΜΑἸΣ. Ipsa vox Hebr. אוּלָם לָיִשׁ, *quidem Lais*. Jud.
e XVIII. 29. errore librariorum pro οὐλαμλαΐς.

*ΟΥ̓ΛΑΜΛΟΥ̓Ζ. Ipsa vox Hebr. אוּלָם לוּז, *utique Luz*. Genes. XXVIII. 19.

ΟΥ̓ΛΗ', *vulnus ad sanitatem perductum*, seu: *nota vulneris sanati, cicatrix*, ab οὔλω, *valeo*, quod ab οὖλος, *integer*. צָרֶבֶת, *adustio*. Levit. XIII. 23. — שְׂאֵת, *tumor*. Levit. f XIII. 9. οὐλὴ λευκὴ ἐν τῷ δέρματι, ulcus album in cute. Vide et v. 19. 28. Hesych. οὐλὴ λευκή, θρὶξ λευκή. Lex. Cyrilli MS. Brem. οὐλὴ τὴν τρίχα σημαίνει. (Apud Ælian. V. H. XII. 1. Lucian. in Amor. T. I. p. 892. de *capillis crispis* et *contortis* adhibetur.) Rursus Hesychius: Οὐλή, ἐπιπόλαιον ἕλκος εἰς ὑγείαν ἧκον, ἢ χλαίνωμα λάχη, (Sal- g masius scribendum censet ἢ χλαῖνα· μαλακή, quod probo) ἢ σῆψις ἐστίου.

ΟΥ̓ΛΟ'ΚΟΜΟΣ, *comis, foliis crispus*. עָבֹת, *complicatus*. Incertus Levit. XXIII. 40. οὐλόκομον, sc. κλάδον, ramum foliis crispum. Vulg. *et ramos ligni densarum frondium*. Reperitur hæc vox quoque apud Pollucem Onom. II. 23. Vide quo- h que supra s. v. οὐλή.

ΟΥ̓͂ΛΟΣ, *manipulus*. עֹמֶר, idem. Aqu. Deut. XXIV. 19. Hesych. οὖλοι, οὖλα, δράγματα.

ΟΥ̓͂Ν, *igitur*. אֵפוֹ, *nunc*. Job. XVII. 15. XIX. 6. — עַתָּה, idem. Exod. III. 18. X. 17. Οὖν in versione Symmachi post ὀργῇ Psalm. LXXVII. 30. quanquam Hieronymus expressit, tamen, ne series ora- i tionis turbetur, in τοῦ mutandum censeo. Sap. XVIII. 1. pro οὖν ante χάκεῖνοι ex Alex. Compl. et Vulg. reponendum est οὐ.

ΟΥ̓͂ΠΩ, *nondum*. אַחֲרֵי בְלֹתִי, *post veterascere me*. Gen. XVIII. 12. Legerunt בִּלְתִּי, *non*. — טֶרֶם, *antequam*. Symm. 1 Sam. III. 7.

*ἊΡΑ ΟΥ̓͂ΠΩ. הֲטֶרֶם, *num ante*. Aqu. Exod. X. 7.

a ΟΥ'ΡΑ', *cauda.* זָנָב, idem. Deut. XXVIII. 13. 44. Job. XL. 12. Ies. IX. 14. 15. XIX. 15. Præterea hanc vocem de suo addiderunt LXX sententiæ exornandæ causa. Job. XL. 26. ubi pro עוֹרוֹ, *pellem ejus,* habent βύρσαν μίαν οὐρᾶς αὐτοῦ, *pellem unam caudæ ejus.* Fortasse tamen librarius oscitans ex σκιάζουσαν μίαν finxit οὐρᾶς. Vide
b infra s. v. σκιάζω.

ΟΥ'ΡΑΓΕ'Ω, *extremum agmen* (q. d. *caudam*) *duco, posterior sum, postremus sum vel venio.* אָסַף Pih. *colligo.* Jos. VI. 9. Vox Hebr. h. l. *agmen claudere* notat. Vide et Sir. XXXII. 12. Suidas: οὐραγεῖ, τὸ τέλος ἄγει τοῦ στρατοῦ. Hesych. οὐραγεῖν (lege: οὐραγεῖ), ὑστερίζει. Lex. Cyrilli MS. Brem. οὐραγεῖ,
c ὑστερίζει, δαπανᾷ.

ΟΥ'ΡΑΓΙ'Α, *extremum agmen.* Καταλαμβάνω τὴν οὐραγίαν, *prehendo extremum agmen.* זִנֵּב Pih. *caudam abscindo.* Jos. X. 19.

ΚΟ'ΠΤΩ ΤΗ'Ν ΟΥ'ΡΑΓΙ'ΑΝ, *cædo* seu *carpo extremum agmen.* זִנֵּב Pih. *decaudico,* metaphorice: *extremum exercitus cædo.* Deuteron. XXV. 18. ἔκοψέ σου τὴν οὐραγίαν,
d τοὺς κοπιῶντας ὀπίσω σου, percussit extremum agmen tuum, defatigatos a tergo tibi relictos. Hesych. οὐραγίαν, τὴν ὄπισθεν ἀκολουθοῦσαν στρατιάν.

ΟΥ'ΡΑ'ΝΙΟΣ, *cælestis.* 3 Esdr. VI. 15. 2 Macc. VII. 34. IX. 10.

*ΟΥ'ΡΑΝΟ'ΘΕΝ, *cælitus.* 4 Macc. IV. 10.

ΟΥ'ΡΑΝΟ'Σ, *cælum,* item, *Deus.*
e אֵל, *Deus.* Ies. XIV. 13. — אֶרֶץ, *terra.* Ies. V. 30. Ita Bielius. Sed verba εἰς τὸν οὐρανὸν æque ac sequentia ἄνω καὶ κάτω, quæ habent Ald. et Compl., plane non leguntur in textu Hebr. ac inserta sine dubio sunt ex aliis locis, v. c. Jerem. IV. 23. — הַר, *mons.* Ps. XLIX. 12. τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, volucres cœli. Posuerunt hic formulam loquendi f
sæpius obviam pro minus nota. Idem valet de loco Ies. XVIII. 6. Conf. etiam Vorstii Phil. S. P. II. c. 21. p. 13. Præterea הַר de *quovis excelso* adhibetur, speciatim de *cælo.* Vide Glassii Philolog. Sacr. p. 1088. ed. Dathii. — מָרוֹם, *excelsum.* Ies. XXIV. 18. — מָרוֹם בַּשָּׁמַיִם, *excelsum in cælo.* Ies. XXIV. 21. — *נִבְלֵי שָׁמַיִם, *de-* g
fluxus cælorum aut *utres cæli.* Job. XXXVIII. 37. οὐρανὸν, h. e. *cælum aërium, nubes.* — *עִמּוֹ, *cum eo.* Aqu. Job. XXXVII. 18. τὸν οὐρανόν. Legit fortasse עָנָן, *nubes,* quæ sæpius pro *cælo* ponuntur, aut עָבוֹ. Fortasse tamen reponendum est in Aquilæ versione: μετ' αὐτοῦ ἐστερέωσας εἰς τὸν οὐρανὸν, cum ipso formasti cœlum, ut οὐρανὸν ad vocem h
שְׁחָקִים referendum sit, et verba εἰς τὰς τροπὰς sint alius interpretis, vel potius merum additamentum a librario in margine notatum. — *רָקִיעַ, *expansum.* Dan. XII. 3. sec. cod. Chis. et Theodot. στερέωμα. — שַׁחַק, *nubes superior.* Psalm. LXXXVIII. 36. — שָׁמַיִם, *dualis.* 1 Reg. VIII. 27. εἰ οὐρανὸς καὶ ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ οὐκ ἀρκέσουσί σοι, si i
cœlum et cœlum cœli non sufficient tibi. Οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ est cœlum altissimum, quod quasi omnes reliquos cœlos complectitur. Eadem formula occurrit quoque Nehem. IX. 6. Sirac. XVI. 18. et 3 Macc. II. 15. Ps. LXXXVIII. 29. θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ, ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ, ponam in k
sæculum sæculi semen ejus, et thronum ejus tanquam dies cœli, h. e. quam diu cœlum durabit, in perpetuum. Conf. Sir. XLV. 19. Ps. XCVI. 6. ἀνήγγειλαν οἱ οὐρανοὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, annunciant cœli

a justitiam ejus. Ps. CVI. 26. ἀναβαίνουσιν ἕως τῶν οὐρανῶν, ascendunt ad cœlum. Vide et Ps. CVII. 4. 5. CXII. 4. Psalm. CXLVIII. 4. αἰνεῖτε αὐτὸν οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, laudate illum cœli cœlorum. Job. II. 12. εἰς τὸν οὐρανὸν, הַשָּׁמַיְמָה, in cœlum. Apud Aqu. ac Theod. Hab. III. 2. pro οὐρανοὺς fortasse legendum est οὐρανὸς, ut habet Incertus
b Interpres. — שְׁמַיָּא Chald. Esdr. V. 11. Dan. II. 28. IV. 8. et alibi sæpius. 1 Macc. III. 18. ἐναντίον τοῦ οὐρανοῦ, coram cœlo, h. e. coram *Deo*. Vide et v. 60. 1 Macc. IV. 10. Conf. Vorstium de Hebr. N. T. p. 73. ed. Fischeri, et quos citat Wolfius ad Luc. XV. 18. ac Lex. N. T. s. h. v.

Ἡ ὙΠ' ΟΥ'ΡΑΝΟ'Ν, Ἡ ὙΠΟ'
c ΤΟ'Ν ΟΥ'ΡΑΝΟ'Ν, sc. οὖσα γῆ, *quæ sub cœlo terra est*. אֶרֶץ. Job. II. 2. XXXIV. 13. XLII. 14. — חוּצוֹת plur. ex חוּץ, *plateæ*. Job. V. 10. — תֵּבֵל, *orbis habitabilis*. Job. XXXIV. 13. — תְּהוֹם, *abyssus*. Prov. VIII. 28. — תַּחַת שָׁמַיִם, *sub cœlo*. Deut. XXV. 19. XXIX. 20. Job. XLI. 3.

Ἡ ὙΠΟ' ΤΩ'Ν ΟΥ'ΡΑΝΩ'Ν, sc.
d οὖσα γῆ, *terra, quæ sub cœlis est*. תַּחַת שָׁמַיִם, *sub cœlis*. Ex. XVII. 14.

*ΤΑ' ὙΠ' ΟΥ'ΡΑΝΟ'Ν, *quæ sub cœlis sunt*. אֶרֶץ, *terra*. Job. XXXVIII. 33. — פְּנֵי הַחוּצוֹת, *facies extimarum*. Job. V. 10. Vulg. *universa*. — Vide alibi κῆτος.

ΟΥ'ΡΕ'Ω, *urinam reddo, mingo*. הִשְׁתִּין Hiph. idem. 1 Sam. XXV.
e 22. 34. 1 Reg. XIV. 10. 2 Reg. IX. 8. — *שָׁרַק, *sibilo*. Aqu. Symmach. Theod. et LXX sec. Curterium Ies. V. 26. οὐρήσει. Sed recte damnat hanc lectionem Montfauconius, restituens συρίσει. In Schol. Cod. Paris. in Apollonii Rhod. Argon. v. 1614. seq. occurrit οὐρεῖ, quod per φυλάττειν explicatur.

ΟΥ'ΡΙΟΣ, *ventosus*, ab οὖρος, *ventus*. Hesych. οὖρος, ἄνεμος. Ies. LIX. f
5. συντρίψας οὔριον, scil. ὠὸν, conterens ventosum ovum aut *irritum*, alias οὔρινον ὠὸν dictum. In Hebr. textu nihil pro hac voce legitur.

ΟΥ'ΡΟΝ, *urina*. שֵׁינַיִם plur. idem. 2 Reg. XVIII. 27. Ies. XXXVI. 12. Aqu. Symm. Theod. Ies. XXXVI. 12.

ΟΥ'Σ, *auris*. אֹזֶן, idem. Gen. L. 4. λαλήσατε εἰς τὰ ὦτα Φαραὼ, g
loquimini in aurem Pharaonis, h. e. cum Pharaone. Vide et Deut. XXXI. 28. 30. 1 Sam. VIII. 21. ἐλάλησεν αὐτοὺς εἰς τὰ ὦτα κυρίου, loquebatur illos (sermones) *coram* Domino. Vide et Jer. XXVI. 15. et alibi sæpius. — אָזַן Pih. *auribus percipio*. Cohel. XII. 9. Legerunt ibi אֹזֶן. — *צַמָּה, *coma*. Symm. Ies. XLVII. 2. καλύψας τὰ ὦτα. Semlerus in Ep. Crit. ad h. l. conjicit legendum τὰ νῶτα, aut simile quid. Doederleinius in notis ad vers. Lat. h. l. arbitratur, τὰ ὦτα esse corrupta ex τὴν ὤαν. Nam ὤα vel ὦα vel ὄα *oram* vel *fimbriam vestis* notat, quo sensu ὤα χρυσοῦ Eustathius ex Homeri Odyssea affert. Sed mihi recepta lectio cum textu Hebr. facile conciliari posse videtur. Qui enim obtegit capillos, etiam aures obtegat necesse est. Sirac. III. 29. οὖς ἀκροατοῦ, *homo audiendi discendique cupidus*, coll. Prov. XXV. 12. Sirac. XVII. 6. τὰ ὦτα notat *auditum* seu *facultatem audiendi*, quemadmodum ὀφθαλμοὶ *facultatem videndi* significat. Baruch. I. 2. ἐν ὠσὶν, *audiente*.

ΕΙ'Σ ΤΑ' ὮΤΑ, *in aures*. נֶגֶד *coram*. Jos. VIII. 35. ὃ οὐκ ἀνέγνω Ἰησοῦς εἰς τὰ ὦτα πάσης τῆς ἐκκλησίας, quod non legit Josua *coram omni* multitudine.

ΟΥ'ΣΙ'Α, *essentia, substantia*, it.

a bona, facultates. סְגֻלָּה, peculium. Aqu. Cohel. II. 8. Tob. XIV. 13. ἐκληρονόμησε τὴν οὐσίαν αὐτῶν, haeres factus est omnium bonorum ejus. Conf. Luc. XV. 12. 13. Hesych. οὐσία — — πλοῦτος, ὕπαρξις, εἶδος ὑφεστὸς, βίος, κτῆσις. Suidas: οὐσία. τῆς οὐσίας τὴν κλῆσιν καὶ τὴν προσηγορίαν οὐδόλως ἐμφερομένην εὑρίσκομεν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ. ἡ δὲ τῶν πολλῶν συνήθεια
b κέχρηται τῷ προσρήματι ἐπὶ τῶν σημαινομένων κτήσεων, ὧν τις κέκτηται, οἷον οἰκημάτων, βοσκημάτων, καὶ λοιπῶν ὑλῶν. ταῦτα γὰρ οὐσίαν καλοῦσι τοῦ κεκτημένου. καθ' ἣν ἔννοιαν καὶ τὸν ταῦτα κεκτημένον πλούσιον καλοῦμεν, ἀντὶ τοῦ πολυούσιον. καὶ περιούσιον λαὸν τὸν ἔγκτητον. καὶ Ἰσραὴλ περιουσιασμὸν ἑαυτῷ (Ps. CXXXIV. 4.), ἀντὶ τοῦ κτῆμα, καὶ εἰς κτῆσιν. Apud profanos scrip-
c tores οὐσία pro bonis et peculio passim occurrit. Vide Aelianum V. H. X. c. 17. Confer quoque Alberti ad Luc. l. l. p. 51. seq.

*ΟΥ'ΤΕ. Ies. I. 6. ubi pro οὔτε τραῦμα οὔτε μώλωψ legendum est ἤτε τραῦμα ἤτε μώλωψ, ac in textu Hebr. nihil ei respondet. Confer Cappelli Nott. Critt. p. 492.

ΟΥ'ΤΟΣ, ΑΥ'ΤΗ, ΤΟΥ'ΤΟ, hic,
d haec, hoc. *אוֹתָהּ, eam. Num. XXVI. 59. τούτους. Non legerunt אוֹתָם, ut Cappellus voluit, sed אוֹתָהּ pro plurali acceperunt per enallagen numeri, ut et alibi. Vide Buxtorfii Anticrit. p. 124. — *אָז, tunc. Genes. II. 26. Legerunt זֶה. — אֶחָד, unus. 1 Reg. III. 25. 2 Par. XXXII. 12. — *אָכֵן. Ies. LIII. 4. οὗτος. Sed videtur omnino
e mendum esse ex librarii lapsu pro ὄντως (quod habet h. l. Symmachus), ita ut ex ὄντως factum sit primo οὕτως facili lapsu, deinde vero alio proclivi lapsu scriptum sit οὗτος, quod mendum (si mendum est) perantiquum est, siquidem Hieronymus ipse olim legit οὗτος, et reddidit iste. Scribi etiam posset ὄντως οὗτος. — *אָלָה, exsecratio. Jer. XXIII. 9. τούτων. Legerunt אֵלֶּה, sensu non minus commodo. Idem f
valet quoque de loco Ezech. XVI. 59. — *אֵלֶּה, isti. 2 Sam. XXIV. 17. οὗτοι τὰ πρόβατα, hi, qui oves h. e. innocentes sunt. In Codice quodam hic pro οὗτοι lectum fuisse αὐτοί, apparet ex Suida in h. v.: sed male. Et apud ipsum Suidam alias v. Δαβὶδ pro οὗτοι legitur οὗτοι. — *אֱלוֹהַּ. Job. XIX. 23. ταῦτα. Legerunt אֵלֶּה. — *אֲמֵלָלִים, lan- g
guidi. Nehem. IV. 2. οὗτοι, ubi οὗτοι in contemtum adhibetur. Confer Lex. N. T. s. h. v. n. 9. Confer quoque supra s. οἰκοδομέω πόλιν. — אֵפוֹא, nunc. Hos. XIII. 10. ubi οὗτος quoque contemtim accipiendum est. — גֵּה pro זֶה. Ezech. XLVII. 14. Ita et Chaldaeus. — הִיא. Lev. XXV. 34. οἱ ἀγροὶ ἀφωρισμένοι ταῖς πόλεσιν αὐτῶν οὐ πραθήσονται, ὅτι κα- h
τάσχεσις αἰωνία τοῦτο αὐτῶν ἐστιν, agri urbibus eorum adscripti non vendentur, quia hi possessio eorum aeterna sunt. Exod. VIII. 19. δάκτυλος θεοῦ ἐστι τοῦτο, hoc est digitus Dei. — *הִנֵּה, ecce. Mal. I. 13. ταῦτα. Legerunt הֵנָּה cum Syro. Idem valet de loco Hab. II. 11. — זֶה : זאת. Gen. XXVIII. 17. ὡς φοβερὸς ὁ τόπος οὗτος, οὐκ ἔστι τοῦτο, ἀλλ' ἢ οἶ-
i κος θεοῦ, quam reverendus est hic locus, non est hic aliud, nisi domus Dei. Ies. XXVII. 9. τοῦτο ἐστι ἡ εὐλογία αὐτοῦ, hic est fructus ejus. Vide et Gen. XL. 12. Cohel. XII. 13. Jos. VII. 10. ἵνατί τοῦτο σὺ πέπτωκας ἐπὶ τὸ πρόσωπόν σου; quare ita cecidisti in faciem tuam? Vide et 2 Sam. XII. 23. 2 Reg. XXIII. 22. οὐκ ἐγένετο τὸ πάσχα τοῦτο, non ita celebratum fuerat pascha. Symmach. Theod. Job. XIX. 3. τοῦτο δέκατον, jam decies. Aqu. Theod. Job. I. 16. ubi οὗτος, praecedente οὗτος, est alter: cumque adhuc ille lo-

a quereretur, venit *alter*. Sic Vulgatus. LXX ἕτερος. — עֶצֶם הַזֶּה, *ipsemet*. Ezech. XXIV. 2. — *זַן, *species, alimentum*. Psalm. CXLIII. 13. ἐκ τούτου εἰς τοῦτο. Videntur bis זָךְ legisse. — *חַיָּה, *vita*. Gen. XVIII. 10. Videntur legisse הַזֶּה. — *חוּצָה, *foris*. Ies. XXXIII. 7. οὗτοι. Legerunt הֵנָּה vel הַזֶּה. — *לֹא, *non*. Zach. XIV. 17. ubi pro וְלֹא lege-
b runt וְאֵלֶּה. — *לוּ, *utinam*. Gen. XVII. 18. οὗτος. Forte legerunt הוּא, quæ voces facile invicem permutari potuerunt. Nam לוּ interdum etiam scribitur לוּא. — *נָא, *quæso*. Mich. III. 1. ταῦτα. Legerunt זֹאת, uti liquet ex Hieronymi versione, licet hodierni quidam codd. Græci illud non agnoscant. Job. XLII. 17. οὗτος ἑρμηνεύεται. Le-
c gendum οὕτως hoc sensu: hæc, quæ sequuntur, ex Syriaco librario Græce reddita sunt. Vide Michaëlis Spicil. Geogr. Hebr. Exteræ P. II. p. 131. Præterea legitur quoque Ies. XXXIII. 21. ubi verba: οὐ πορεύσῃ ταύτην τὴν ὁδὸν respondent Hebr. בַּל־תֵּלֵךְ בּוֹ אֳנִי־שַׁיִט, *non ibit per eum navis remigii*: ubi pro ταύτην legendum est ναῦς τριήρης.
d Scilicet ex ναῦς propter affinitatem literarum librarius, quod ductum non assequeretur earundem, fecit ταυ, cumque τριήρης haud recte legisset, condidit τὴν syllabam, quam priori jungens, ex duabus vocibus unicam fecit ταύτην. Sir. XIII. 27. πτωχὸς ἐλάλησεν, καὶ εἶπαν, τίς οὗτος; pauper loquitur, et dicunt, quis *hic*? Ita *contemtim* de Jesu Luc.
e VII. 49. τίς ἐστιν οὗτος; quis est *hic*? q. d. nonne homo obscurus, vilis, pauper et miser. Vide Henckii Diss. de Usu Script. Apocryph. in N. T. p. 16. Sirac. XIII. 2. αὕτη — αὕτη, *hæc* — *illa*. Sir. XXXIV. 3. τοῦτο κατὰ τούτου, h. e. *repræsentatio quædam, imago*, q. d. hoc huic apparet simile. 3 Esdr. II. 19. 23. Chald. דְּךְ, coll. Esdr. IV. 12. 15.

ἈΠΟ' ΤΟΥ'ΤΟΥ, sc. χρόνου, *ab hoc, sc. tempore*. מִנִּי עַד, *a sæculo*. Job. XX. 4. Symm. ἀπ' αἰῶνος. Alii ἀπὸ τοῦ ἔτι.

*ΔΙΑ' ΤΟΥ'ΤΟ. אָכֵן, *vere*. MS. Ies. Jer. VIII. 8. — גַּם כִּי, *etiam quia*. Hos. VIII. 10.

*ἘΚ ΤΟΥ'ΤΟΥ. מִזֶּה. 1 Sam. XIV. 4.

*ἘΚ ΤΟΥ'ΤΩΝ. מִקְצָתָם, *extremitas eorum*. Dan. I. 5. sec. cod. Chis. ἐκ τούτων, *hoc exacto*.

ἘΚ ΤΟΥ'ΤΟΥ ΕἸ'Σ ΤΟΥ'ΤΟ, *ex hoc ad* s. *in hoc*, h. e. *unum post alterum*. מִזַּן אֶל זַן, *de specie in speciem*, h. e. *varii generis*. Psalm. CXLIII. 15. Legerunt ex nonnullorum sententia מִזּוֹ אֶל זוֹ. Buxtorfius autem in Anticritica mavult, eos juxta sensum reddidisse, æque ac Vulgatus, qui habet *ex hoc in illud*. Sc. זַן est ex usu l. Chald. *species*, et ab Hebræis per מִין explicatur. Jam *de specie in speciem* est *ex hoc genere annonæ in aliud*, h. e. *omne genus annonæ*.

ἘΝ ΤΟΥ'ΤΟΙΣ, *in his*. בְּכַף, *in manu*. Ex. XXI. 24. — *בְּגוֹ נִדְנֶה, *in medio vaginæ*. Dan. VII. 15. Legit בְּגִין דְּנָה, ut Cappellus monuit in Crit. S. p. 347.

ἘΠΙ' ΤΟΥ'ΤΟΙΣ, idem, it. *propterea, propter hoc*. עַל אֱלוֹהַּ, *apud Deum*. Job. XXXVII. 22. Hic legerunt עַל אֵלֶּה, *super his*. — עַל זֹאת, *propter hoc*. 2 Par. XXIX. 9. 2 Par. XXIX. 10. ἐπὶ τούτοις νῦν ἐστὶ ἐπὶ καρδίας, propter ea igitur in animo est. Hic pro ἐπὶ τούτοις in textu Hebr. κατὰ τὸ ῥητὸν nihil legitur.

*ἘΠΙ' ΤΟΥ'ΤΩ. עַל כֵּן, *idcirco*.

Aqu. et Theod. Job. XXIII. 15. nc. Ps. XLIV. 3.

KATA' TAY'TA, *secundum hæc.* כָּהֵנָּה, *sicut illa.* Aqu. et LXX 1 Sam. XII. 8. κατὰ ταῦτα, quæ sunt sicut illa, nempe: beneficia hactenus in te a me collata, quorum recensum in antecedentibus dederat. Theodot. ib. habet καθὼς ταῦτα. — כַּדָּבָר הַזֶּה, *secundum hoc verbum.* Nehem. VI. 4.

META' TAY'TA, *post hæc.* אַחַר הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה, *post hæc verba.* 1 Reg. XVII. 17. Esth. III. 1. — *יַחַד, *pariter, simul.* Job. X. 8.

*OY'K 'EN TOY'TOIΣ, *non in illis.* לַבָּלָה, *inveteratæ.* Ez. XXIII. 43. Cogitarunt לֹא באלה, et Chaldaicam pronuntiationem τοῦ לֹא, quæ *La* est.

ΠΡΟ'Σ TAY'TA, *ad hæc.* לְפִיהֶן, *secundum os earum.* Lev. XXV. 51.

*ΠΡΟ'Σ TOY'TOIΣ. אֲפוּנָה, *timebo.* Symm. Psalm. LXXXVII. 16. Sed suspicor, hic quædam deesse in versione Symmachi. — Vide quoque alibi s. διὰ, ἕως, μέχρι, et τρίτον.

OY'TΩ, OY'TΩΣ, *sic.* אַךְ, *tantum.* Symm. 1 Sam. XXV. 21. — *זֶה. Thren. III. 37. τίς οὕτως εἶπε; ubi fortasse οὗτος legendum est. Idem valet de loco Ies. LXIII. 1. ubi pro οὕτως ὡραῖος reponendum est οὗτος ὡραῖος. — כַּדְּבָרִים הָאֵלֶּה, *secundum verba ista* s. *res illas.* Gen. XXXIX. 19. — כֵּן, *sic.* Numer. XXXVI. 5. 2 Sam. XVIII. 14. Jer. VIII. 6. et alibi aliquoties. 1 Reg. I. 36. ubi post γένοιτο est comma ponendum, ita ut οὕτως cum verbo πίστωσαι conjungatur. — לָכֵן, *ideo.* Ies. XVI. 7. Symm. Theod. LXX Gen. IV. 15. Legerunt לֹא כֵן. — *נֹאת. 2 Reg. V. 4. οὕτως καὶ οὕτως, *hæcce:* quemadmodum et nos in narrationibus *so und so, so and so,* uti solemus. — *מִזֹּאת, *præ hoc.* 2 Sam. VI. 22. Præterea legitur Job. XXVII. 2. ζῇ ὁ Θεὸς, ὃς οὕτως με κέκρικε: ubi in textu Hebr. legitur חַי־אֵל הֵסִיר מִשְׁפָּטִי. Vulg. f *qui abstulit judicium meum.* Clericus in Comment. ad h. l. conjicit, reponendum esse οὕτω με κέκρικε. Sed non opus est hac conjectura, modo οὕτω h. l. vertatur *tam male* s. *inique.* Formula Hebr. quoad sensum reddenda est: *qui causam meam seposuit adeoque neglexit.* Unde simul apparet, errare Trommium, qui monuit, nihil pro οὕτω h. l. reperiri g in textu Hebr. Legitur quoque Prov. XXVIII. 4. ubi Jaegerus οὕτως insertum existimat a librario, qui ab ὥσπερ ὑετὸς ordiri comparationem, in commate 4. autem apodosin contineri inepte sibi persuaderet. Sir. XX. 18. οὕτως, *ea ratione,* sc. vitio linguæ.

EI' OY'TΩ, EI' OY'TΩΣ, *si sic, num sic? itane?* אָכֵן, *profecto.* Ex. h II. 14. εἰ οὕτως ἐμφανὲς γέγονε τὸ ῥῆμα; *itane* res manifesta facta est? 1 Sam. XV. 32. εἰ οὕτω πικρὸς ὁ θάνατος; *itane* acerba mors est?

OY'XI', *non, nonne, neutiquam, absit.* אַיִן. Num. XIX. 15. ubi οὐχὶ e cod. Alex. mutandum erit in οὐκ ἔχει. Certe אַיִן sæpius sic verti solet. Jerem. XXXVII. 13. — בְּלִי. Psalm. XVIII. 3. — חָלִילָה, *absit.* i Genes. XVIII. 25. ubi tamen pro οὐχὶ οὖν scribendum videtur οὐχ' ἴσον, *non est justum,* aut potius οὐχ' ὅσιον, *nefandum est.* Confer Luc. XIII. 3. — לֹא. Num. XXIV. 16. Οὐχὶ pro *non* legitur quoque 3 Esdr. I. 27. — הֲלֹא. 2 Paral. XX. 6. Hab. II. 6. — *לוֹ. 2 Sam. II. 16. Legerunt לֹא, ac bene, nam sequitur כִּי. Hagg. II. 3. οὐχὶ inserendum est ante καθὼς apud LXX: οὐχὶ καθὼς οὐχ' ὑπάρχοντα. Οὐχὶ facile ob se-

a quens οὐχ' excidere potuit. Vulgatus: *numquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris?* Hesychius: οὐχί, οὐδαμῶς, οὐ δῆτα.

ΜΗ' ΟΥ'ΧΙ', *nonne.* הֲלֹא. Jud. VI. 13. — Vide alibi ἔνδοξος.

'ΟΦΕΙ'ΛΗΜΑ, *debitum.* מַשָּׁאת, *mutuum.* Deut. XXIV. 10. 1 Macc. XV. 8. πᾶν ὀφείλημα βασιλικὸν — ἀφιέσθω σοι, omne debitum regium
b — sit tibi remissum. Conf. Matth. VI. 12. et ad h. l. L. Bos. p. 8.

'ΟΦΕΙ'ΛΗΜΑ' 'ΕΣΤΙ, *debitum est.* הִשָּׁה Hiph. a נָשָׁה, *mutuo.* Deut. XXIV. 10.

'ΟΦΕΙ'ΛΩ, *debeo,* et 'ΟΦΕΙ'ΛΟΜΑΙ, *reus sum.* הֵלִיץ Hiph a לִיץ, *derideo.* Prov. XIV. 9. ὀφειλήσουσι καθαρισμόν. Reddiderunt, ut Jaegerus ad h. l. monuit, forma loquendi
c forensi, quomodo ὄφλειν δίκην dicitur. Vide Ruhnkenium ad Timaeum p. 146. Vide supra s. καθαρισμός. — חוֹב, *debitor.* Ezech. XVIII. 7. — נָשָׁה : הִשָּׁה, Kal et Hiph. Deut. XV. 2. Ies. XXIV. 2. Tob. VI. 12. ἢ ὀφειλήσει τὸν θάνατον, vel *reus erit mortis.* Sap. XII. 15. τὸν μὴ ὀφείλοντα κολασθῆναι, qui non debet puniri, qui pœnam non mere-
d tur. Sap. XII. 20. ὀφειλομένους θανάτῳ, *reos mortis, morti addictos,* ob suas scelerum culpas et delicta.

"ΟΦΕΛΟΝ, *utinam.* אַחֲלַי et אַחֲלֵי, *vota,* valetudinis vel alius optabilis rei. 2 Reg. V. 3. Psalm. CXVIII. 5. — לוּ. Aqu. Deuter. XXXII. 28. Job. XVI. 14. Lex. Cyrilli MS. Brem. ὄφελον, εἴθε. Vide Pierson. ad Mœrid. p. 286. et Fis-
e cher. ad Weller. Spec. III. P. I. p. 148.

ΕΙ' ΓΑ'Ρ "ΟΦΕΛΟΝ, idem. מִי־יִתֵּן, *quis dabit?* Job. XIV. 13. Vide et Job. XXX. 24. ubi aliter in textu Hebraico.

"ΟΦΕΛΟΣ, *utilitas.* הוֹעִיל Hiph. a יָעַל, *prodest.* Job. XV. 3. ἐν λόγοις, οἷς οὐδὲν ὄφελος, verbis, quibus nulla utilitas. Conf. 1 Cor. XV. 32. Hesych. ὄφελος, αὔξησις, ὄνησις, ἐπικούρημα, κέρδος.

'ΟΦΘΑΛΜΟ'Σ, *oculus.* מָעוֹן, *habitaculum.* 1 Sam. II. 31. ἀναιδεῖ ὀφθαλμῷ. Non legerunt hic עַיִן, sed vocem Hebr. derivarunt haud dubie a verbo עין s. עון, quod est *observare aliquem, torvis oculis intueri,* coll. 1 Sam. XVIII. 9. Aliter statuendum est de loco Soph. III. 7. ἐξ ὀφθαλμῶν αὐτοῖς, ubi pro מְעוֹנָהּ sine dubio legerunt מֵעֵינֶיהָ. — מַנְגִּינָה, *modulatio.* Thren. III. 62. ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν. Legerunt fortasse ἐγὼ ὁ ψαλμὸς αὐτῶν. — מַרְאָה, *aspectus.* 1 Sam. XVII. 42. — עַיִן. Genes. III. 5. 6. 7. XIII. 10. 14. et alibi sæpissime. Symm. Job. XVI. 10. Vide supra s. v. ὀξύνω. — פָּנִים plur. *facies.* Esdr. VII. 27. Jerem. XXXVIII. 26. — Errore quoque quodam typographico sine dubio vox ὁ ὀφθαλμὸς excidit apud τοὺς λοιποὺς Job. XXVIII. 10. ante aut post αὐτούς, nam in versione Latina ὁ ὀφθαλμὸς expressum est. Tob. III. 13. δοῦναί τινα τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὸ πρόσωπον, in aliquem dirigere oculos suos et faciem suam convertere, h. e. ab aliquo unice liberationem ac salutem suam sperare. Sirac. X. 20. ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ: ubi ex antecedentibus supplendum est ἔντιμοι εἰσί, *in honore sunt præcipuo.* Sirac. XVII. 6. ὀφθαλμοί, *visus, s. facultas videndi.* Sirac. XVII. 8. ὀφθαλμὸς ἐπὶ τὰς καρδίας non notat, ut nonnulli voluerunt, *facultatem super se reflectendi* (nam tunc scribere debuisset αὐτῶν), sed *illuminationem et directionem cordis.* Nam oculus Dei omnia illuminat, clara et perspicua reddit. Postulant hanc interpretationem sequentia. Bretschneiderus

. l. accepit de *facultate intellegendi* intellectu, hoc sensu: indidit Deus hominibus intellectum suo similem, coll. XXXIX. 24. Sirac. XXXII. 8. ἐν ἀγαθῷ ὀφθαλμῷ δόξα-ν τὸν κύριον, *læta mente* offer Deo acrificia, coll. v. 10. et 9. ubi le-itur ἐν εὐφροσύνῃ, coll. Matth. XX. 5. ac Sirac. LI. 35. Sirac. XIV, 0. ὀφθαλμὸς πονηρὸς φθονερὸς ἐπ' ἄρτῳ, *omo* avaritia plenus invidet aliis anem, coll. Matth. XX. 15. Sir. V. 1. μὴ παρελκύσῃς ὀφθαλμοὺς ἐπι-δεῦς, ne suspensum teneas *spem* seu *desiderium*, quod oculis inten-is cernitur. Nam, ut recte ad h. l. bservavit Bretschneiderus, ὀφθαλ-ὸς sæpe ad animi motus transfer-ur, qui per oculorum rationem ese produnt.) pauperis, nempe do-um exspectantis. Vide quoque Tob. III. 2. Sirac. XIV. 9. πλεο-έκτου ὀφθαλμὸς οὐκ ἐμπίπλαται μερίδι, vari *cupiditas* non impletur parte. ic Hebr. עין Cohel. IV. 8. coll. Psalm. CXLV. 15. Sirac. XX. 14. uæ stultus largitur, non prosunt, ἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀνθ' ἑνὸς πολλοί, iam pro uno beneficio plura a te, t accipiat, cupiet. Sequuntur enim λίγα δώσει καὶ πολλὰ ὀνειδίσει. Sirac. XXIII. 4. μετεωρισμὸν ὀφθαλμῶν μὴ ῷς μοι. Vide supra s. μετεωρισμός. Judith. VII. 27. ὀψόμεθα ἐν ὀφθαλ-μοῖς ἡμῶν, *ipsi videamus*, coll. II. 11. t Sirac. XVI. 6. Sirac. XXVII. 23. ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου, *te præ-sente*, coll. XI. 21. ubi v. 26. com-mutatur cum ἔναντι. Judith. III. 4. ὡς ἐστιν ἀγαθὸν ἐν [ὀφθαλμοῖς σου, ut ibi placet, coll. Sap. IX. 9. Sap. III. 2. ubi ἐν ὀφθαλμοῖς notat *judi-cante, secundum judicium, ut putat aliquis*, v. c. Sap. III. 2. ἔδοξαν ἐν ὀφθαλμοῖς ἀφρόνων τεθνάναι, ut stulti *arbitrantur*, illi mortui esse viden-tur. Vers. 4. idem est ἐν ὄψει, coll. Sirac. VIII. 16. Fragm. Esth. IV. θάνατος αὐτῶν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῶν, mors ipsis certa instaret s. impen-deret. — Vide alibi σκῶλον.

'ΟΦΘΑΛΜΟΦΑΝΩ͂Σ, *oculis evi-* f
denter, manifeste, perspicue, more eorum, quæ oculis cernuntur, ab ὀφθαλμοφανής, *qui oculis cernitur*. גָּלוּי לְכָל עַמִּים, *revelatum omnibus populis*. Esth. VIII. 13. — עַיִן בְּעַיִן, *oculo ad oculum*, h. e. *ipsis suis oculis*. Symm. Ies. LII. 8.

'ΟΦΙΟ'ΔΗΚΤΟΣ, *a serpentibus morsus*. Sirac. XII. 17. Suidas: ὀφιόδηκτος, ὁ ὑπὸ ὄφεως δηχθείς. g

'ΟΦΙΟΜΑ'ΧΗΣ vel 'ΟΦΙΟΜΑ'ΧΟΣ, *serpentum oppugnator, qui cum anguibus dimicat*, it. *locustæ species, ita dicta, quod serpentes oppugnet*. De locustis serpentibus infestis loquitur Plinius H. N. XI. 29. Aristoteles Hist. Anim. IX. 6. quod de gravioribus locustis intellegunt haud dubie, quas subinde in spectabilem magnitudinem ex- h
crescere testis est Plinius l. l. et in India etiam ternûm pedum longitudinis reperiri asserit. חַרְגֹּל, *cantharus, locustæ species*. Lev. XI. 22. Suidas: ὀφιομάχης, εἶδος ἀκρίδος, μὴ ἔχον πτερά. Hesych. ὀφιομάχος, ἰχνεύμων, καὶ ἀκρίδων γένος μὴ ἔχον πτερά. Conf. Bonfrerium in Lev. l. c. p. 624. et Bochartum Hieroz. P. II. Lib. IV. c. 2. p. 449. i

"ΟΦΙΡ, *Ophir*. Ipsa vox Hebr. אוֹפִיר, nomen regionis auriferæ. 1 Reg. XXII. 49. Confer Oldermanni Diss. de אוֹפִיר et תַּרְשִׁישׁ. Helmst. 1714. 4.

"ΟΦΙΣ, *serpens*. אֶפְעֶה, *vipera*. Job. XX. 16. — נָחָשׁ. Genes. III. 1. Num. XXI. 6. Psalm. LVII. 4. et alibi sæpius. Symmachus Job. k
XXVI. 13. Aqu. Ies. XXVII. 1. — שָׂרָף, *præster*. Num. XXI. 8. Ies. XIV. 29. Sap. XVI. 5. Sirac. XXI. 2.

"ΟΦΙΣ ΔΑ'ΚΝΩΝ, *serpens mordens*. נָחָשׁ שָׂרָף, *serpens prester*. Deut. VIII. 15.

a 'ΟΦΛΕ'Ω, *debeo.* נָשָׁה, *mutuum do.* Syrus Int. Jer. XV. 10. ὤφλησα. Suidas: ὀφλῆσαι, χρεωστῆσαι.

"ΟΦΛΗΜΑ, *debitum*, etiam i. q. ὄφλησις, *debiti exactio.* תֹּךְ, *fraus, damnum.* Aqu. Ps. LIV. 12. LXX ibi per τόκος, *usura*, reddiderunt.

"ΟΦΛΗΣΙΣ, *debiti exactio.* Baruch. III. 5. εἰς ὄφλησιν, *in debiti exactionem.* Hesych. ὄφλησιν, χρεώστησιν.

b 'ΟΦΡΥΟ'Ω, ΟΜΑΙ, *superciliosus sum, emineo, altus sum.* גַּבְנֻנִּים plur. *valde gibbosi, eminentes.* Aqu. (a גַּבִּינָה, *supercilio*, etymon adsciscens, ac cum altitudine superbiam conjungens.) Psalm. LXVII. 16. ὄρη ὠφρυωμένα, montes elati, seu: *clivosi, multos tumulos habentes*, coll. Wetstenio ad Luc. IV. 29. Hesych. ὠφρυωμένος, ἐπηρμένος.

c 'ΟΦΡΥ'Σ, *supercilium.* גַּב עַיִן, *gibbus oculi.* Levit. XIV. 9.

'ΟΧΕΙ'Α, *coitus*, ab ὀχεύω, *admissarium admitto*, de sexu fœmineo, *coëo* de mare. Sirac. XXXIII. 6. ἵππος εἰς ὀχείαν, *equus admissarius* s. *emissarius.* Hesych. ὀχεία, ἡ μίξις καὶ ἡ συνουσία.

*'ΟΧΕΙ~ΟΝ, *plaustrum, currus, vehiculum.* Restituenda est hæc vox
d codici Alex. Sir. XXXVI. 6. ubi nunc ὀχεῖον legitur, reliqui autem libri ὀχείαν habent.

'ΟΧΕΤΟ'Σ, *canalis, aquæ ductus, rivus.* אֲפִיקִים plural. *torrentes.* Symm. Psalm. CXXV. 4. ὀχετοί. — נַחַל, *fluvius, rivus.* Symm. Job. XXII. 24. — פֶּלֶג, *rivus.* Symm. Psalm. LXIV. 10. Hesychius: ὀχετὸς, σωλὴν (lege σωλὴν e Lex. Cy-
e rilli MS. Brem. et Phavorino), ἀγωγὸς, ῥύαξ, ὕδωρ, ὑδραγωγεῖον, ἤγουν αὖλαξ, ἀλλ' ἀεὶ ῥέων.

"ΟΧΗΣΙΣ, *vectura, currus.* רֶכֶב, idem. Symm. Psalm. LXVII. 18. Hesych. ὄχησις, ἱππασία, φόρησις.

"ΟΧΘΗ, *ripa, litus.* אָחוּ, *carectum.* Genes. XLI. 2. sec. ed. Ald. ἐν τῇ ὄχθῃ. Schol. ἐν τῷ ἕλει. Ib. v. 18. Videtur nonnullis aliquis ὄχθη effinxisse ex ἄχει, quia, quid sit illud, non intellexit. Habet tamen hanc vocem Philo Jud. in Vita Josephi. Hesych. ὄχθη, χεῖλος ποταμοῦ: ubi carectum crescere solet.

'ΟΧΛΑΓΩΓΕ'Ω, *turbam duco, plebem concito et sollicito, tumultuor*, i. q. δημαγωγέω, ab ὀχλαγωγὸς, *qui popularem turbam concitat vel congregat.* נָטַף, *stillo.* Amos VII. 16. Scilicet, ut Simonis Lex. Hebr. p. 1013. docuit, נָטַף, *vaticinari* quoque notat. Est ergo ὀχλαγωγεῖν h. l. *vaticiniis iisque falsis ad seditionem commovere populum*, aut *turbas excitare.* Alii putant, eos legisse תַּקְצִיף, *concitabis ad iram.* Hesych. ὀχλαγωγῆσαι, θορυβῆσαι, ἢ συναγαγεῖν ὄχλον, ἢ ταράξαι.

'ΟΧΛΑ'ΖΩ, *tumultuor.* הָמָה, idem. Aqu. Ps. LVIII. 7. 15. ὀχλασάτωσαν, *tumultuentur:* et Ps. LXXXII. 3. ὤχλασαν: et Prov. VII. 11. ὀχλάζουσα. Adde Aqu. Jerem. IV. 9. Vide in σχολάζω.

'ΟΧΛΕ'Ω, *turbo, vexo, afflicto*, it. *tumultuor.* חֵמָה, *venenum.* Incert. Hab. II. 15. ὀχλουμένην, *turbatam*: ubi per He legit loco Chet. Tob. VI. 7. ἐάν τινα ὀχλῇ δαιμόνιον ἢ πνεῦμα πονηρὸν, ταῦτα δεῖ καπνίσαι ἐνώπιον ἀνθρώπου ἢ γυναικὸς, καὶ οὐ μὴ ἔτι ὀχληθῇ, si quem *vexet* dæmonium, vel spiritus malus, hæc debet aliquis fumare coram viro vel muliere, et non amplius *vexetur.* Glossæ Philoxeni: *vexare*, ὀχλεῖν, σκύλλειν, χειμάζειν. Confer Luc. VI. 18. et Act. V. 16. ac Alberti ad Luc. l. c. p. 192. et Salmasium de Mod. Usur. p. 787. 2 Macc. XI. 31. οὐδεὶς αὐτῶν κατ' οὐδένα τρόπον ὀχληθήσεται, nemo illorum vel ullo modo *afflictabitur.* 3 Macc. V. 41. ὧν χάριν ἡ πόλις ὀχλεῖ. Hesych. ὀχλεῖ, στένει, λυπεῖ, κωλύει μετὰ ὄχλου.

'ΟΧΛΗΡΙ'Α, *turbulentia, molestia.*

סִכְלוּת, *stultitia*. Al. Cohel. VII. 26. ὀχληρίαν, *turbam*.

ΟΧΛΟΣ, *turba, multitudo, ira*. הָמוֹן, idem. 1 Reg. XX. 13. 2 Par. XX. 16. Dan. X. 6. et alibi aliquoties. — *הָמוֹן, *Hamon*, nomen proprium. Inc. Cant. VIII. 10. Appellative accepit cum reliquis Intt. — חַיִל, *exercitus*. Ies. XLIII. 17. Dan. III. 4. XI. 10. 11. et 43.
b sec. cod. Chis. — *חֵמָה, *ira*. Aqu. Psalm. VI. 2. καὶ μὴ ἐν ὄχλῳ σου παιδεύσῃς με, neque me *iratus* punias. Ita transtulit hæc verba Fischerus Clav. p. 69. ubi tamen addit: Si lectio sana est, neque pro ὄχλῳ reponendum χόλῳ, videndum erit, annon legerit Aquila בַּהֲמָתְךָ, ab הָמָה, quod verbum alibi reddit per ὀχλάζειν, nomenque הָמוֹן per
c ὄχλος. Semlero in Ep. Crit. ad Griesbachium legendum videbatur ὄχθῳ, quod certe magis probabile est, quam conjectura Starckii in Carm. David. p. 187., cui legendum potius videbatur ἐν ὀχθήσει σου. — טַף, *puerulus*. 2 Sam. XV. 22. טַף non semper de *parvulis*, sed quoque de *familia* in universum dicitur. Arab. طوف, *in gyrum moveri*,
d unde طايفة, *turba, familia*. Vide quoque supra s. v. οἶκος. Inc. Gen. XLVII. 12. τοῦ ὄχλου. Falso hanc versionem Aquilæ tribuit Montfauconius. Vindicanda est potius Symmacho, qui ita transtulit Exod. X. 10. XII. 37. ubi טַף sunt *omnes, qui præter milites castra sequuntur*. — *מִצְעָד, *gressus*. Dan. XI. 43. sec. cod. Chis. ἔσονται ἐν τῷ ὄχλῳ αὐ-
e τοῦ, erunt in turba eum sequente. Sensum secuti sunt. Nam *in gressibus alicujus esse* notat ex Hebraismo *sequi aliquem*. — סֹלְלָה, *agger*. Jerem. XXXII. 24. ὄχλος. Ita explicandum esse censuerunt Hebr. סללות de *turba* s. *agmine militum* ob sequens בָּאוּ, quod h. l. per *admovebuntur* vertendum erat. — עַם, *populus*. Numer. XX. 20. Jerem. XLVIII. 42. — *עִם, *cum*. f
Dan. XI. 8. sec. cod. Chis. Legerunt עַם. — קָהָל, *cætus*. Jerem. XXXI. 8. Ezech. XVI. 39. XVII. 17. et alibi. — רַבִּים plur. *multi*. Esdr. III. 12. — שִׁפְעָה, *agmen*. 2 Reg. IX. 17.

ΟΧΛΟΣ ΛΟΙΠΟ'Σ, *turba reliqua*. מְאַסֵּף part. Pih. *colligens, extrema acies*. Jos. VI. 13.

'ΟΧΥΡΟ'Σ, *munitus, firmus*. לָבוֹא g
תָּמִיד, *ad veniendum jugiter*. Ps. LXX. 3. Libere ac seriei orationis convenienter transtulerunt. — בָּצוּר, *munitus*. Numer. XIII. 29. Deuter. III. 5. XXVIII. 52. et alibi. — מִבְצָר, *munitio*. Num. XXXII. 36. Jos. X. 20. 2 Reg. III. 19. et alibi. Adde Dan. XI. 15. sec. cod. Chis. Aqu. Jerem. VI. 27. ὀχυρός. Deest quidem hæc versio h. l. in Hexaplis h
Montfauc., reperitur tamen in ed. Rom. — מִסְכְּנוֹת plur. *promptuaria*. Ex. I. 11. Arab. سكن, *firmus, stabilis fuit*. Et si vel quis מִסְכְּנוֹת per *thesauros* hic vertere mallet, urbes sic dictæ essent, non quod revera thesauri ibi essent reconditi, sed quod ita validæ ac munitæ essent, ac si thesauri ibi reconderentur. 1 Reg. IX. 19. 2 Par. VIII. 4. 6. — מְצוּדָה, *munitio*. i
Aqu. Symm. 1 Sam. XXIII. 19. ἐν τοῖς ὀχυροῖς. Theodot. ib. v. 14. ἐν τοῖς σπηλαίοις τοῖς ὀχυροῖς, ubi σπηλαίοις de suo addidit. Vulgatus ha-

a bet: *in locis firmissimis.* — מְצֻדָה, *munitio.* 2 Par. VIII. 5. Mich. VII. 12. — מְצוּדָה, idem. 2 Paral. XI. 21. XII. 4. — מִשְׂגָּב, *locus editus.* Ies. XXXIII. 16. — נִשְׂגָּב part. Niph. Ies. XXVI. 5. XXX. 13. — עֹז, *robur.* Proverb. X. 16. XVIII. 11. 19. in quo posteriore loco duæ versiones coaluerunt. Adde Symm. Psalm. LX. 4. ac confer Opuscula b Critica p. 216. — תֵּל, *agger, tumulus,* item, ut Arab. تل, *collis, mons.* Theod. Jos. XI. 13. ὀχυράς.

'ΟΧΥΡΟ'Ω, *munio.* בָּצַר Pih. idem. Jerem. LI. 48. — חָזַק, Pih. *roboro.* 2 Paral. XI. 10. — סָגַר, *claudo.* Jos. VI. 1. 'Ιεριχὼ συγκεκλεισμένη καὶ ὠχυρωμένη, Jericho conclusa et munita. Hesych. ὠχυρωμένη, ἠσφαλισμένη. — שָׂגַב Pih. *in edito col-* c *loco,* metaphorice: *in tuto pono.* Symm. Psalm. CVI. 41. ὀχυρώσει, et muniet pauperem, scil. contra inopiam, ubi nostro gegen etwas sichern, *to secure from something,* respondet. 1 Maccab. I. 65. multi Israëlitæ ὠχυρώθησαν ἐν ἑαυτοῖς τοῦ μὴ φαγεῖν κοινά, *firmati sunt in consilio* aversandi cibos impuros. Permutatur ibi cum κραταιοῦσθαι.

dubio reponendum est οὐ στήσεται. — *צְחִיחָה, *siccum.* Theod. Psalm. LXVII. 7. πεποιθότες. Sc. putavit, *in sicco habitare* esse h. l. metaphorice *secure vivere,* cum e contrario *siccitas* h. l. sit symbolum *miseriae* et *inopiae.* Certe eos aliam lectionem secutos esse statuere nollem. — קִבֵּל, Pih. *accipio, recipio.* Esth. IV. 4. ὁ δὲ οὐκ ἐπείσθη, ille autem g
non persuaderi se sinebat. — קִוָּה Pih. *exspecto.* Ies. XXXIII. 2. — שָׁמַע, *audio, obedio.* Inc. Gen. III. 27. ἐπείσθησαν, *obediebant.* Sic Aelianus V. H. III. 26. ὡς οὐκ ἐπείθετο, cum non *obediret.* Vide et Lib. IX. c. 23. ac Lex. N. T. s. h. v. — שִׁסַּע Pih. *discindo.* 1 Sam. XXIV. 8. ἔπεισεν Δαβὶδ τοὺς ἄνδρας αὐτοῦ ἐν λόγοις, *placidos* s. *tranquillos* redde- h
bat David viros suos verbis, seu: verbis persuasoriis eos *a proposito abstrahebat.* Sunt, qui putent, eos legisse יְשַׁמַּע, ut Targum. Sed recte observat Joh. Buxtorfius in Vindic. Verit. Hebr. P. II. c. 10., שִׁסַּע significare etiam *discerpere,* et tralatitio sensu sumi posse, ut sumsit Vulgatus, qui habet: *et fregit viros verbis.* Confer quoque i
Matth. XXVIII. 14. 1 Joh. III. 19. Judith. XII. 10. πεῖσον δὴ πορευθεὶς τὴν γυναῖκα τὴν Ἑβραίαν, abiens quaeso *persuade* mulieri Hebraeae. Vide et 2 Macc. VII. 26. Sap. III. 9. οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτῷ, qui *confidunt* in eo. Sap. XIII. 7. πείθονται τῇ ὄψει, *persuadentur* vel *convincuntur* aspectu. 2 Macc. IX. 27. πέπεισμαι, *confido.* Conf. Rom. VIII. 38. Hesych. πέπεισμαι, ἤλπικα, θαῤῥῶ. 2 Macc. IV. 45. Menelaus multa promisit Ptolemaeo πρὸς τὸ πεῖσαι τὸν

a βασιλέα, ut *placatum redderet* regem iratum, coll. Act. XII. 20. 2 Macc. X. 20. ἐπείσθησαν ἀργυρίῳ, pecunia *sunt corrupti*, coll. Matth. XXVIII. 14. Josephus A. J. XIV. 11. pag. 717. Haverc. πείσας ἀργυρίῳ τὸν οἰνοχόον. Sir. IV. 15. κατασκηνώσει πεποιθὼς, habitabit *placide*, h. e. *perenni felicitate fruetur.*

ΠΕΠΟΙΘΩ'Σ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *confi-*
b *dens fio, confido, securus sum.* נִשְׁעַן Niph. *nitor.* Ies. XXX. 12.

ΠΕΠΟΙΘΩ'Σ ΕἸΜΙ', *confisus sum, confido.* בָּטַח, idem. Job. XI. 18. Prov. III. 5. Ies. XII. 2. — בָּטַח בִּטָּחוֹן, *confido fiducia.* Ies. XXXVI. 5. — בֶּטַח, *fiducia.* Ies. XXXII. 17. — הָיָה בֶּטַח, *sum securus.* Jud. VIII. 11. ἡ δὲ παρεμβολὴ ἦν πεποιθυῖα, milites in castris
c *erant securi.* — הִתְעַנֵּג Hithp. *oblecto me.* Ies. LVIII. 14. — חָסָה. 2 Sam. XXII. 3. — מַבָּט, *exspectatio.* Ies. XX. 5. 6. — מַעֲרִיץ, *terror.* Ies. VIII. 13. κἂν ἐπ' αὐτῷ πεποιθὼς ἦν. Speciem reverentiæ erga Deum pro reverentia in universum posuerunt. — נִשְׁעַן Niph. *nitor,* metaph. *confido, spero.* Ies. X. 20. Symmach. Prov. III. 5. ubi sensu
d malo adhibetur. — שָׁעָה, *respicio.* Ies. XVII. 7. 8. XXXI. 1. Scil. qui in aliquem respicit et inclinat, eo ostendit, se in eum confidere. Adde Ies. XXXII. 3. — שָׁקַט, *quiesco.* Jer. XLVIII. 11. — תָּלָה, *suspendo.* Ies. XXII. 24. 2 Macc. XV. 7.

*ΟΥ' ΠΕΙ'ΘΟΜΑΙ, *nolo.* מָאֵן. *renuo.* Symm. Ps. LXXVI. 3.

e ΠΕΠΟΙΘΕ'ΝΑΙ ΠΟΙΕ'Ω, *confidere facio.* הִבְטִיחַ Hiph. Jerem. XXVIII. 15. XXIX. 26. — הֵסִית Hiph. a סוּת, *incito.* 2 Par. XXII. 15.

ΠΕΙΝΑ'Ω, *esurio, famelicus sum.* דָּאַב, *mœstus sum.* Jer. XXXI. 12. 25. In posteriore loco videntur legisse יָעֲפָה, quemadmodum in priore רָעֵב loco דָּאַב. Fortasse tamen דָּאַב de *fame delassante* in- f
tellexerunt. Vide Michaëlis Suppl. p. 383. — יָעַף, *fessus sum.* Ies. XL. 28. 30. 31. Ita reddiderunt inepte, quasi יָעַף in omnibus his locis sit *præ fame deficere.* — יָעֵף, verbale, *fessus.* Ies. XLI. 29. — יָרַד, *descendo.* Prov. XVIII. 8. ψυχαὶ δὲ ἀνδρογύνων πεινάσουσι. Sed sunt hæc verba ab h. l. prorsus aliena, ac pertinent ad cap. XIX. g
15. — נָהַם, *rugio,* speciatim de *leone præ fame rugiente.* Proverb. XXVIII. 15. λέων πεινῶν. — עָיֵף, *fessus.* Deut. XXV. 18. Jud. VIII. 5. Ies. V. 27. XXVIII. 12. In omnibus his locis עָיֵף acceperunt de *languente* s. *viribus deficiente præ fame.* Vide supra s. יָעַף. — רָדַף, *persequor.* Jud. VIII. 4. ὀλιγοψυχοῦντες καὶ πεινῶντες. Ita Alex. Oxon. h
Ald. Compl. Sed veram lectionem habet cod. Vat. πεινῶντες καὶ διώκοντες, ut πεινῶντες ad עֲיֵפִים referatur. Vide ad h. l. Scharfenbergium. Secundum Tychsenium loco רדפים legerunt רעבים. — רָעֵב, verbum. Genes. XLI. 56. Psalm. XXXIII. 10. XLIX. 13. et alibi sæpius. — רָעֵב, verbale, *esuriens.* 1 Sam. II. 5. 2 Sam. XVII. 29. Job. XXII. i
7. et alibi. Sir. XVI. 27. οὔτε ἐπείνασαν, non *præ fame deficiunt,* aut: *ea impediuntur in labore suo* et executione jussus divini. Sermo ibi est de corporibus cœlestibus, quæ veteres Platonici putarunt esse animata.

ΠΕΙ'ΡΑ, *tentatio, experimentum, periculum, experientia.* מַסָּה, no-

a men loci in deserto, sic vocati ob tentationem Israëlitarum. Deuter. XXXIII. 8. Sap. XVIII. 20. ἥψατο δὲ καὶ δικαίων πεῖρα θανάτου, tetigit vero etiam justos *periculum* mortis, aut, ut rectius Suicerus s. h. v. transtulit: *justi quoque mortem experti sunt.* Sap. XVIII. 25. ἦν γὰρ μόνη ἡ πεῖρα τῆς ὀργῆς ἱκανή, erat enim solum *experimentum* iræ sufficiens.
b 2 Macc. VIII. 9. ἐν ταῖς πολεμικαῖς χρείαις πεῖραν ἔχοντα, in bellicis rebus *experientiam* habentem. Suidas: πεῖρα, ἀπόπειρα, δοκιμή.

ΠΕΙ'ΡΑΝ ΛΑΜΒΑ'ΝΩ, *experimentum capio, tento, periculum facio.* נִסָּה Niph. *tento.* Deut. XXVIII. 56. ἧς οὐχὶ πεῖραν ἔλαβεν ὁ ποῦς αὐτῆς βαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, cujus pes *periculum* non *fecit* ingrediendi in terram.
c Confer Hebr. XI. 29. et ad h. l. Raphelium pag. 679. seq. Suiceri Thes. T. II. p. 656. ac Lexicon N. T. s. h. v.

ΠΕΙΡΑ'ΖΩ, *tento, exploro, periculum facio, experior,* et Πειράζομαι, *experientiam, usum habeo.* *בָּחַן, idem. Aqu. Mal. III. 10. πειράσατε. Vulg. *probate.* — הִתְמַכֵּר Hithp. *vendo me.* 1 Reg. XXI. 20. ubi tamen
d alii rectius πέπρασαι pro πεπείρασαι habent, quemadmodum 2 Reg. XVII. 17. pro ἐπειράθησαν reponendum est ex aliis libris ἐπράθησαν. — חָנֵף, *hypocrita.* Ps. XXXIV. 19. ἐπείρασάν με. Legisse videtur בְּחָנוּנִי loco בְּחַנְפֵי. Vid. Starcke Carm. David. Vol. I. pag. 273. — *יָדַע, *cognosco,* it. *usu experior.* Symm. Cohel. VIII. 5. — נִחֵשׁ Pih. *augu-*
e *ror.* Samar. et Inc. Genes. XLIV. 15. vel potius 5. πειρασμῷ πειράζει ἐν αὐτῷ, *solet augurari ex hoc poculo.* Vide ad h. l. Scharfenbergium. — נִסָּה Pih. Genes. XXII. 1. Exod. XV. 25. XVI. 4. et alibi sæpius. 1 Sam. XVII. 39. οὐ μὴ δύναμαι πορευθῆναι ἐν τούτοις, ὅτι οὐ πεπείραμαι, non possum incedere in his, *quia usum non habeo* (sic Vulgatus recte expressit), h. e. quia non *assuetus sum.* Dan. I. 12. πείρασον δὴ τοὺς παῖδάς σου ἡμέρας δέκα, *periculum* quæso *fac* cum servis tuis dies decem: ubi alii δοκίμασον habent. Vide et v. 14. Adde Symm. Cohel. VII. 24. ubi πειράζεσθαι τινὸς est *periculum alicujus rei facere.* LXX ibi habent: πάντα ταῦτα ἐπείρασα. — צָרַף, *exploro.* Ps. XVI. 4. ἐπείρασάς με, *explorasti* me, ubi tamen alii libri f
fortasse rectius ἐπύρωσας habent. Præterea legitur Dan. XII. 9. sec. cod. Chis. ubi nihil in textu Hebr. respondet. Sap. II. 17. Sir. XIII. 15. XXXVII. 30. Sap. XII. 26. ἀξίαν θεοῦ κρίσιν πειράσουσιν, justum Dei judicium *experientur,* aut potius: *experti sunt,* ut Vulgatus reddit. Sap. II. 25. πειράζουσι δὲ αὐτὸν (sc. διάβολον) οἱ τῆς ἐκείνου μερίδος ὄν- g
τες. Bene Vulgatus: *imitantur* autem illum, qui sunt ex parte illius.

ΠΕΙΡΑ'ΟΜΑΙ, ΩΜΑΙ, *tento, nitor, annitor, conor, studeo, contendo, operam do, volo.* הִתְלַהְלֵהַּ Hithp. a לָהַהּ, *insanio.* Prov. XXVI. 18. ὥσπερ πειρώμενοι προβάλλουσι λόγους, tanquam *tentantes* (potius: *tentati,* sc. *a dæmone* seu *spiritu malo,* de i
quo πειράζειν in N. T. sæpius adhibetur.) emittunt sermones. Ita LXX sec. Ald. et Symmachus. 1 Macc. XII. 10. ἐπειράθημεν ἀποστεῖλαι, sc. πρέσβεις, *voluimus* mittere legatos. 2 Macc. X. 12. ἐπειρᾶτο τὰ πρὸς αὐτοὺς εἰρηνικῶς διεξάγειν, *conabatur* s. *quærebat* pacifice agere cum illis. Confer Act. IX. 26. et Ælian. V. H. III. 35. et Lib. IX. k
c. 11. 2 Macc. XI. 19. πειράσομαι παραίτιος ὑμῖν ἀγαθῶν γενέσθαι, bonorum vobis auctor esse *studebo.* Lex. Cyrilli MS. Brem. πειράσομαι, σπουδάσω. Sic Act. XXVI. 21. ἐπειρῶντο (με) διαχειρίσασθαι. Unde apud Hesychium ἐπειρῶντο exponitur ἐσ-

σπούδαζον, ἐβούλοντο. Conf. et 2 Macc. II. 24.

ΠΕΙΡΑΣΜΟ'Σ, *tentatio, exploratio*, i. q. πεῖρα. מַסָּה, idem. Ex. XVII. 7. Deut. IV. 34. VI. 16. et alibi. — נַחַשׁ, *augurium*. Samarit. et Inc. Gen. XLIV. 15. Sed, ut recte observavit ad h. l. Scharfenbergius, pertinent hæc verba ad v. 5. — עִנְיָן, *occupatio*, et quidem *molesta*.
b Cohel. V. 2. Sed e comparatione c. I. 13. apparere videtur, loco πειρασμοῦ reponendum esse περισπασμοῦ, ut jam conjecit Semlerus. Confer quoque ibid. II. 26. et IV. 8. Vetus Itala: *sollicitudo*. Vide et Sirac. XXVII. 5. 7.

ΠΕΙΡΑΤΕΥ'Ω, *piraticam exerceo, naves in mari capio, piratam ago, prædor, depopulor*. גָּדַד, *depopulor*.
c Genes. XLIX. 19. πειρατεύσει αὐτὸν, *depopulabitur* illum. Strabo Geogr. XIV. p. 980. A.

ΠΕΙΡΑΤΗ'ΡΙΟΝ, sc. πλῆθος vel σύστημα, *prædonum agmen, latronum turma*. גְּדוּד, *turma*. Genes. XLIX. 19. Ambrosius c. 8. perperam vertit *tentationem*, quæ πειρητήριον dicitur. Πειρατήριον est potius *globus piratarum*, σύστημα λῃστῶν, ut Hip-
d polytus in Catena Patrum ad h. l. exposuit. Sic legitur apud Auctorem Testamenti Isaschar §. 5. in fine. Job. XIX. 12. ubi pro τὰ πειρατήρια Theodot. μονόζωνοι, Symm. λόχοι habet. Psalm. XVII. 32. ἀπὸ πειρατηρίου, ubi per *prædones, latrones* hostes Davidis intellegendi sunt. Præterea reperitur pro eadem voce Hebr. in plurali apud duos Inc.
e Intt. 2 Reg. V. 2. post μονόζωνοι, et est additamentum ex versione alius interpretis. Vulgatus habet *latrunculi*. — גָּד. Symm. Gen. XXX. 1. de *turma* s. *agmine filiorum*. — צָבָא, *militia*. Job. VII. 1. ubi Vulgatus, qui h. l. aperte secutus est LXX Intt., per *militiam* transtulit. Comparatur autem h. l. vita humana cum militia, quia est *statio* s. *conditio admodum molesta*, coll. Num. IV. 3. V. quoque s. v. στρατεία et A. f
Dounæi Prælect. ad Lysiam p. 53. Adde Job. X. 17. ubi *agmen malorum* notare videtur. Vide s. v. πειρατής. Schol. ad 1 Sam. XXX. 15. πειρατήριον interpretatur τὸ λῃστρικὸν σύστημα. Apud Hesychium πειρατήριον exponitur τόπος λῃστῶν. Cappello Gen. XLIX. 19. vertitur *tentatio*, quem propterea notat L. Bos. Prolegg. in LXX Intt. Vide quoque Fischeri Clavem Verss. GG. p. 71. g
seq.

ΠΕΙΡΑΤΗ'Σ, *pirata, prædo, maritimus latro*. גְּדוּד, *turma*. Job. XXV. 3. Hos. VI. 9. ubi Targ. אנש למשרין, *vir exercituum*. Vid. Valckenar. ad Ammon. p. 194.

ΠΕΚΟΥ'ΛΙΟΝ, *peculium*. Vox Latina jam usu apud Græcos recepta tempore Symmachi, qui hac voce in numero plurali usus est Cohel. II. 8. pro Hebr. סְגֻלָּה. Lex. h
vet. *Peculium*, κτῆσις τοῦ ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐξουσίᾳ ὄντος, τοῦτ' ἔστιν υἱοῦ ἢ δούλου. In Glossario Βασιλικῶν a Labbeo edito explicatur verbis: ὡσανεὶ μικρὸν οὐσίδιον.

ΠΕ'ΛΑΓΟΣ, *pelagus, mare profundum*. 2 Maccab. V. 21. 4 Maccab. VII. 1. τὸ τῶν παθῶν πέλαγος. Hes. πέλαγος, μέγεθος, πλῆθος, βυθὸς, πλάτος θαλάσσης. Plura de hac voce vide apud Suicerum Thes. T. II. p. i
661. Alberti ad Matth. XVIII. 6. p. 114. seq. et in Museo Brem. Vol. I. P. I. p. 106.

ΠΕΛΑΡΓΟ'Σ, *ciconia*, ex πέλαν, i. e. μέλαν, et ἀργὸν, i. e. λευκὸν, quoniam ciconia nigras et albas pennas habet. Vide Bocharti Hieroz. P. II. p. 319. חֲסִידָה, idem. Al. Job. XXXIX. 13.

ΠΕ'ΛΑΣ, *prope*. Hinc ὁ πέλας, sc. ὢν, *qui prope est, propinquus*, it.

a *alius.* זָר, *alienus, extraneus.* Prov. XXVII. 2. ἐγκωμιαζέτω σε ὁ πέλας, καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα, laudet te *alius,* et non proprium tuum os. Sic Thucydides Lib. I. νομίζειν τὰς διανοίας τῶν πέλας παραπλησίους εἶναι, putare, sententias *aliorum* similes esse nostris. Et Polybius Lib. IX. ἡ τῶν πέλας ἀπειρία, *aliorum* imperitia. Confer Vorstium Philol. S. P. I. c. 3. p. 63.

b ΠΕΛΕΚΑ'Ν, *pelicanus,* secundum Aristotelem nomen avis, quæ Plinio dicitur *platea,* German. Löffelgans, *the pelican,* Aristophani est *picus Martius,* cui id nomen a πελεκάω, h. e. *seco, dolo.* חֲסִידָה, *ciconia.* Deut. XIV. 18. — קָאַת et קָאָת. Levit. XI. 18. Psalm. CI. 7. Gloss. in Octat. πελεκάνος (Legendum fortasse ex Deut. XIV. 18. vel Levit. c XI. 18. πελεκᾶνα), ὄρνεον δενδροκόλαπτον. Hesych. πελεκὰν, ὄρνεον τὸ κολάπτον καὶ τρυποῦν τὰ δένδρα. Attice dicitur πελεκᾶς, πελεκάντος. Vide Suidam in Πελεκάντι, cui est εἶδος ὀρνέου τρυπῶν τὰ δένδρα, ἀφ' οὗ καὶ δενδροκολάπτης dicitur. Plura autem de hac ave dabunt Bochartus Hieroz. P. II. Lib. II. c. 24. p. 292. et Allatius not. ad Eustathii Hexæm. p. d 113. seq. Adde Martinii Lex. Philol. s. h. v. et Vossii Etymol.

ΠΕΛΕΚΑ'ΝΟΙ, *pelecani.* קִפֹּד, *ericius.* Aqu. Soph. II. 14.

ΠΕΛΕΚΗΤΟ'Σ, *edolatus, complanatus.* גָּזִית, *cæsus.* 1 Reg. V. 17. Al. 1 Reg. VI. 35. VII. 11. Reperitur quoque pro אַלְמֻגִּים in vers. Alex. Hex. 1 Reg. XI. 11. πελεκητὰ, pro quo in cod. Coislin. 2. legi- e tur ἀπελέκητα. Boysenius confert Arab. جلم, *secuit, percussit.*

ΠΕΛΕΚΙ'ΖΩ, *securi dolo, cædo.* פָּסַל, *sculpo.* 1 Reg. V. 18. Alias Græcis πελεκίζειν notat *securi ferire,* vel *occidere,* et πελεκεῖν *securi dolare* vel *cædere.* Suidas: πελεκῶ, πελεκήσω ξύλα, πελεκίζω δὲ τὸ μετὰ τῆς ἀξίνης κόπτω.

ΠΕ'ΛΕΚΥΣ, *securis, bipennis.* גַּרְזֶן, *securis.* 1 Reg. VI. 7. Aqu. sec. cod. X. Holm. Deut. XIX. 5. — כְּלִי, *instrumentum.* Jer. XXII. 7. — כַּשִּׁיל; *securis.* Ps. LXXIII. 7. Jerem. XXIII. 29. sec. Alex. et Compl. Ep. Jer. v. 12.

*ΠΕΛΕ'Ω. רָקַע, *expando.* Symm. sec. unum cod. Reg. e Chrysostomo πελήσαντι. Sed est scriptura hæc sine dubio vitiosa, ac reponendum πιλήσαντι.

ΠΕΛΙΔΝΟ'Σ, *nigrorem plumbeum habens, sanguine suffusus, lividus,* i *nigricans.* חַכְלִלוּת, *rubedo.* Prov. XXIII. 29. τίνος πελιδνοὶ οἱ ὀφθαλμοί; cujus oculi sunt lividi? aut cum Satyrico (Juvenal. Satyr. XVI. 11.): cui erit nigra in facie tumidis livoribus offa? Suidas: πελιδνὸν, μέλαν. λέγεται δὲ καὶ πελιτνὸν (sic enim scribendum pro πελιδνὸν, ut ex Photio et Eustathio ad Il. Γ, p. 735. ostendit Alberti Miscell. Crit. in Suidam p. 284.) παρὰ Θουκυδίδῃ. Rursus Suidas: πελιδνὸν, τὸ μεταξὺ ὠχρότητος καὶ μελανίας, οἱονεὶ μολιβδόχροον. παρὰ Θουκυδίδῃ. Desumta hæc esse ex Scholiasta Thucydidis ad Lib. II. c. 49. observat Küsterus. Apud Hes. πελιδνὸς inter alia exponitur ὕφαιμος (sic enim procul dubio legendum pro ὕφαιμον), *subtus sanguinem habens,* quæ explicatio bene convenit Prov. l. c.

ΠΕΛΙΟ'ΟΜΑΙ, *lividus reddor, livore sugillor, nigresco.* נִכְמַר Niph. *denigror.* Thren. V. 10. τὸ δέρμα ἡμῶν ὡς κλίβανος ἐπελιώθη, cutis nostra, ut furnus, nigrescit. Est a πελιὸς, *niger, fuscus, lividus.* Nobilius putavit, ἐπελιώθη esse i. q. ἐπηλιώθη vel ἐφηλιώθη, quasi dicas *ad solem denigrata.* Suidas: πελιοί, μέλανες, ὠχροί.

ΠΕ'ΛΜΑ, *planta pedis.* Esth. III. 13. πέλματα τῶν ποδῶν, *plantas pe-*

a *άστη*. Hesych. πέλμα, τὸ κάτω τοῦ ποδός.

ΠΕΛΤΑΣΤΗ'Σ, *qui peltam ad pugnam gestat, peltatus*, seu *cetratus, scutatus*, a πελτάζω, *peltasticæ scientiæ operam do.* נֹשֵׂא מָגֵן, *ferens scutum.* 2 Par. XIV. 8. ἐν γῇ Βενιαμὶν πελτασταὶ καὶ τοξόται, in terra Benjamin *scutati* et sagittarii. — נֹשֵׁק, מָגֵן, *armatus scuto.* 2 Par. XVII. b 17. μετ' αὐτοῦ τοξόται καὶ πελτασταὶ, cum illo sagittarii et *scutati.* Suidas: πελτασταὶ, τοξόται, ἢ οἱ τὰ ξυστὰ κατέχοντες. Sic enim Küsterus e Photii Lexico bene legendum censet pro πελτασταὶ, τοξόται. τοξόται οἱ τοὺς ξυστοὺς κατέχοντες. Non immerito autem hæc interpretatio vocis πελτασταὶ dubia et suspecta videtur Küstero. Nam quod c πελτασταὶ et τοξόται diversi sint, e locis modo ante adductis facile patet.

ΠΕ'ΛΤΗ, *pelta, scutum brevius, lorum non habens, quo sagittarii et levioris armaturæ milites uti solebant.* מָגֵן, *scutum.* Ezech. XXVII. 10. XXXVIII. 5. XXXIX. 9. Suidas: πέλται, λόγχαι. καὶ ἀσπίδια τετράγωνα. Hesych. πέλτη, ἀσπὶς ἴτυν οὐκ ἔχουσα, d ἢ ὅπλου σκέπασμα, ἀκόντιον. Confer Brissonium de Regno Persarum Lib. III. §. 14. seq.

ΠΕ'ΛΥΞ, *securis, bipennis*, pro πέλεκυς. גַּרְזֶן, idem. Aqu. Deuter. XIX. 5. XX. 19. — כְּלִי מַפֵּץ, *instrumentum dissipationis.* Ezech. IX. 2. — פַּטִּישׁ, *malleus.* Jerem. XXIII. 29.

ΠΕ'ΜΜΑ, *coctum, quidquid coquitur:* specialiter sic dicitur *genus* e *quoddam placentæ.* אֵיפָה, *Epha.* Ezech. XLVI. 6. 8. 12. Derivarunt hanc vocem ab אָפָה, *coquo.* — אֲשִׁישָׁה. Hos. III. 1. φιλοῦσι πέμματα μετὰ σταφίδος, amant placentas cum uva passa aut *uvis passis subactas*, non *coctiones cum vinaciis*, ut vertit Hieron. qui tamen in ipso Commentario rectius ita scripsit: " Pro pemmatibus, quæ LXX transtulerunt, et comeduntur f cum uvis passis sive vinaciis, placentas Latine possumus dicere vel crustulas, quæ idolis offeruntur, et Græce appellantur πόπανα." Gloss. MSS. in Proph. et Gloss. Brem. πέμματα, πλακούντια. Suidas: πέμματα, πλακούντια. Ἀῤῥιανός· Οἱ δὲ ξένια ἔφερον, θύννους ἐν κριβάνοις ὠπτημένους, καὶ πέμματα ὀλίγα, καὶ βαλάνους φοινίκων. Locum Arriani in libro de g Rebus Indic. p. 562. occurrere annotat Küsterus. Hesychius: πέμμα, εἶδος πλακοῦντος, καὶ πᾶν πεπτόμενον, Apud eundem πέμματα exponuntur ποικίλα ἐδέσματα. Hucusque Bielius. Sed ingenue fateor, mihi verba πέμματα μετὰ σταφίδος (vel, ut Cod. Alex. et alii legunt, σταφίδων) suspecta esse. Fortasse scripserunt: φιλοῦσι στέμματα μετὰ σταφίδων, *amant* h *coronas cum uvis passis*, h. e. *maturioribus, a sole jam arefactis, ne succum dimitterent, id quod gestantibus coronam molestum fuisset.* Alibi etiam στέμματα et πέμματα a librariis esse commutata, testatur Jungermannus in Jul. Pollucis Onomast. Lib. I. cap. 1. sect. 28.

ΠΕΜΠΤΑΓ'ΖΟΝΤΕΣ dicti sunt in ordinato exercitu *quintati, in quinque distributi.* חֲמֻשִׁים, quod Kim- i chi interpretatur: *accincti quintam costam militariter.* Nam nomen חֹמֶשׁ pro *quinta costa* est. 2 Sam. II. 23. Theodot. Exod. XIII. 18. πεμπταίζοντες, *quintani existentes:* ubi conf. Hexapla. LXX πέμπτῃ δὲ γενεᾷ. Fullerus in Miscell. Sacris Lib. V. c. 2. judicat, reponendum esse πεμπτάζοντες, *per quinos numerantes se*, quod magis respondere putat voci Hebraicæ. Sed tunc πεμπταζόμενοι potius quam πεμπτάζοντες dicendum fuisset.

ΠΕ'ΜΠΤΟΣ, *quintus.* חָמֵשׁ et

a חֲמִשָּׁה. Jos. XIV. 10. 2 Reg. VIII. 16. Nehem. VI. 15. et alibi passim. — חֲמִישִׁי. Gen. I. 23. XXX. 17. Levit. XIX. 25. et alibi. — שִׁשִּׁי, *sextus*. Ezech. VIII. 1.

ΤΟ' ΠΕ'ΜΠΤΟΝ, *quinto, quinta vice*. פַּעַם חֲמִישִׁית, *quinta vice*. Nehem. VI. 5.

ΠΕ'ΜΠΤΗ ΓΕΝΕΑ', *quinta generatio*. חֲמִשִּׁים plur. *quini*. Ex.
b XIII. 18.

*ΠΕ'ΜΠΤΟΝ ΜΕ'ΡΟΣ, *quinta pars*. חֲמִישִׁית. Genes. XLVII. 24.

ΠΕ'ΜΠΩ, *mitto*. *אָפָה, *coquo*. Gen. XIX. 3. ἀζύμους ἔπεμψεν αὐτοῖς. Ita Trommius. Sed omnes libri editi et hucusque collati codd. rectius habent ἔπεψεν. — כָּתַב, *scribo*. Esth. VIII. 5. πεμφθήτω, sc. γράμματα, mittantur literæ. Conf. v. 10.
c — שָׁלַח. Genes. XXVII. 42. πέμψασα (sc. τινὰ) ἐκάλεσεν Ἰακὼβ, mittens aliquem vocabat Jacobum. — שְׁלַח Chald. Esdr. IV. 14. ἐπέμψαμεν (sc. ἄγγελον) καὶ ἐγνωρίσαμεν τῷ βασιλεῖ, *misimus nuntium*, et notum fecimus regi. Confer quæ notavi supra seu, ἀποστέλλω. Esdr. V. 17. περὶ τούτου πεμψάτω (sc. γράμματα) πρὸς ἡμᾶς, de hoc mittat literas ad
d nos. — Deus dicitur interdum *mittere aliquid*, si *evenire* illud jubet in rerum serie, certo quodam consilio. Sap. XII. 25. τὴν κρίσιν εἰς ἐμπαιγμὸν ἔπεμψας. Sic ἀποστέλλειν Ps. CX. 8. et ἐξαποστέλλειν Psalm. LXII. 2. 2 Macc. XI. 32. πέπομφα. Zonaras Lex. 1540. πέπομφα, ἔπεμψα.

ΠΕ'ΝΗΣ, *pauper*, proprie *qui labore victum quærit*, et ita differt a
e πτωχὸς, quo *mendicus* significatur. Eusebius in Comment. ad Psalm. XXXIV. 10. πτωχὸν dici ait τῷ ἀποπεπτωκέναι οὗ ἔσχεν πλούτου, καὶ πένητα τῷ μετὰ πόνου περιποιεῖν τὰ πρὸς τὸ διαζῆν. אֶבְיוֹן, *egenus*. Exod. XXIII. 6. Ps. XI. 5. XXXIV. 12. et alibi sæpius. — דַּךְ, *attritus*. Psalm. IX. 9. — דַּל, *tenuis*. Exod. XXIII. 3. Levit. XIV. 21. 1 Sam. II. 8. et alibi. Theod. Ies. XXVI. 6. Vulg. f *egenorum*. — דַּלָּה, *tenuitas*, i. e. *valde tenuis, tenuissimus*. Inc. et LXX Jerem. XL. 7. LII. 15. 16. Concretum posuerunt pro abstracto. — חֶלְכָּאִים plur. qu. חֵל כָּאִים, *turba attritorum*. Psalm. IX. 33. — חֶלְכָה, *afflictus*. Psalm. IX. 31. (X. 8.) Confer Schultensii Opera Minora p. 182. seq. — מִסְכֵּן, *indigus*. Cohel. IV. 13. IX. 15. 16. — עָנָו, *mansuetus*. Ps. IX. 41. XXI. g 28. Non legerunt עֲנִיִּים, sed sensum secuti sunt, nam mansueti et humiles pro pauperibus se gerunt. Confer Zach. IX. 9. — עָנִי, *afflictus*. Deuter. XV. 11. XXIV. 14. et alibi. Adde Aquilam Psalm. XVII. 28. — עֲנָיִן Chald. plural. Dan. IV. 24. — *רֹאשׁ, *caput*. Theodot. Psalm. CXXXVIII. 17. Legit רָשׁ. — רֵעַ, *proximus*. Prov. i XIV. 21. ὁ ἀτιμάζων πένητα, ubi tamen non לָרָשׁ legerunt, quæ fuit Cappelli opinio, nimis enim magna est inter לָרָשׁ et לְרֵעֵהוּ differentia, sed sensum expresserunt, *qui contemnit proximum suum, quia* sc. *pauper est*: ut etiam Aben Jechiia bene explicavit. Confer Buxtorfii Anticrit. p. 604. et Jaegerum ad h. l. — רָשׁ, *pauper*. 2 Sam. XII. 1. 3. i 4. Ps. LXXXI. 3. et alibi. Præterea legitur Psalm. XL. 2. Prov. XXIII. 4. ubi nihil est in textu Hebr. Adde Psalm. XI. 4. ubi verba εἰς τὸν πένητα e sua penu admensi sunt, quia sensus ipsis videbatur esse mancus et imperfectus. Sap. II. 10. ubi Bretschneidero πένης esse videtur *inferior ordine et loco*.

ΠΕ'ΝΗΣ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *pauper fio*.

נוֹרַשׁ Niph. a יָרַשׁ. Proverb. XXX. 10.

ΠΕΝΘΕΡΑ', *socrus.* חָמוֹת sing. Ruth. I. 14. II. 11. Mich. VII. 6. —— חֹתֶנֶת. Deut. XXVII. 23.

ΠΕΝΘΕΡΟ'Σ, *socer.* חָם. Genes. XXXVIII. 13. 25. 1 Sam. IV. 20. 22. — חֹתֵן. Exod. III. 1. IV. 18. Jud. I. 16.

ΠΕΝΘΕ'Ω, *lugeo.* אָבַל : הֶאֱבִיל : הִתְאַבֵּל, Kal, Hiphil et Hithp. Genes. XXXVII. 33. ἐπένθει τὸν υἱὸν αὐτοῦ, *lugebat* filium suum. 1 Sam. XV. 35. ἐπένθει Σαμουὴλ ἐπὶ Σαοὺλ, lugebat Samuel Saülum. Vide et 2 Sam. XIII. 37. XIV. 2. ubi πενθεῖν non *lugere,* sed *præ se ferre luctum* aut *simulare se lugentem* notat. 2 Sam. XIX. 1. et confer 1 Cor. XII. 21. Esdr. X. 6. ἐπένθει ἐπὶ τῇ
c ἀσυνθεσίᾳ τῆς ἀποικίας, lugebat propter prævaricationem exulum. Conf. Apoc. XVIII. 11. Ies. XXXIII. 9. ἐπένθησεν ἡ γῆ, luget terra. Vide et Jerem. IV. 28. XII. 4. XXIII. 10. Hos. IV. 3. Verbo *lugendi* hic *desolatio et sterilitas* effertur. Ut enim *terra læta esse* et *ridere* dicitur, *cum fructibus abundat et fœcunda est,* sic ejus *sterilitas* et *vastatio* figurate
d *luctus* vocatur, tum ratione externæ apparentiæ, quia velut tristari videtur, tum ratione effecti, quoniam terra sterilis et desolata ansam lugendi hominibus præbet. Vide Fesselii Adversaria Sacra Lib. III. cap. 4. p. 244. — אָבַל נָבַל, *lugeo, flaccesco.* Ies. XXIV. 4. — אָבֵל, verbale, *lugens.* Genes. XXXVII. 34. Psalm. XXXIV. 17. Thren. I.
e 5. — אֵבֶל, *luctus.* Ies. LXI. 3. — *אֵלֶּה, *istæ.* Jer. XXXI. 21. πενθοῦσα. Non habuerunt pro pronomine, sed deduxerunt ab אָלַל, vel יָלַל, aut potius legerunt אָלָה, quod in l. Chald. notat πενθεῖν, *lugere.* — אֻמְלַל Pyh. Ies. XVI. 8. XXXIII. 9. Adde ibid. XXIV. 7. — בָּכָה, *fleo.* Gen. XXIII. 2. L. 3. — הוּלַל. Pyhal ab הָלַל, *laudor.* Ps. LXXVII. 69. οὐκ ἐπενθήθησαν. Vulg. *non sunt*
f *lamentatæ,* quod h. l. passivam significationem habet. Hieron. *nemo luxit.* Ferri quidem potest hæc versio, nam qui deflent mortuum, ejus laudes prædicare solent. Fortasse tamen ἐπενθήθησαν est mendum, cujus causam dedisse videtur minus attentis versus seq. οὐ κλαυθήσονται, et scribendum est ἐπῃνέθησαν, ut habet Symm. ac Theod., *non laudatæ sunt,* sc. *elogiis, carminibus nuptiali-*
g *bus,* h. e. *innuptæ manserunt, præmatura morte* sc. *abreptæ.* Convenit vox הָלַל, quæ proprie de *talibus elogiis nuptialibus* adhibetur, unde apud Chaldæos הלולה *nuptiæ,* et *domus nuptialis* בת הלולה dicitur. Alii contra statuunt, LXX aliter legisse, nempe vel חוּלְלוּ, *doluerunt,* Pual ex חוּל, *dolere,* vel הֵילִלוּ, *ejularunt,* Hiphil a rad. יָלַל. — הֵילִיל Hiph. a יָלַל, *ejulo.* Mich. I.
h 8. — נוּד, *condoleo.* Jerem. XVI. 4. 3 Esdr. VIII. 72. ubi in textu Chald. Esdr. IX. 4. est הַגּוֹלָה, *migratio,* i. e. gens Judæa captiva in exilio: ubi fortasse legit הַגּוֹלְלָה, *lugens,* coll. Hos. X. 5. ubi גִּיל hoc sensu legitur. Esdram Græcum quoque secutus est Josephus A. J. XI. 5. p. 562. ed. Haverc.

ΠΕΝΘΙΚΟ'Σ, *lugubris.* אֵבֶל, *luc-* i
tus. 2 Sam. XIV. 2. ἱμάτια πενθικὰ, vestimenta lugubria. Sic Ælianus V. H. XII. 1. στολὴν πενθικήν. — הִי, *heu, væ.* Symm. Ezech. II. 10. μέλος πενθικόν.

ΠΕ'ΝΘΟΣ, *luctus.* אֵבֶל, idem. Gen. L. 10. ἐποίησε τὸ πένθος τῷ πατρὶ αὐτοῦ, fecit *luctum* patri suo. Jerem.

a VI. 26. πένθος ἀγαπητοῦ ποίησαι σεαυτῇ κοπετὸν οἰκτρὸν, luctum dilecti fac tibi planctu miserabili. Conf. Sir. XXXVIII. 18. et quæ ex Herodoto notat Raphelius ad Act. VIII. 2. p. 341. — אָוֶן, *planctus*. Hos. IX. 4. — *אָבַל, *edo*. Cohel. V. 16. Legerunt וְאָבַל. — בָּכוּת. Genes. XXXVIII. 8. — בְּכִי, *fletus*. Deut. XXXIV. 8. — בְּכִית, idem. Gen.
b L. 4. — בַּלָּהָה, *terror*. Ies. XVII. 14. — יָגוֹן, *mœror*. Esth. IX. 22. — תּוּגָה, idem. Proverb. XIV. 13. 1 Maccab. I. 42. τὸ ὕψος αὐτῆς ἐστράφη εἰς πένθος. Syrus transferens ܠܡܘܟܟܐ, *in humilitatem*, non aliter legit, sed sensum expressit. Scil. apud Hebræos lugentes humi sedere solebant. Præterea πένθος h. l. opponitur τῷ ὕψει. Addit. Esther.
c XIV. 2. sec. Vet. Arund. ἐνδύσατο πένθος, h. e. ἱμάτια πένθους (ut in altera versione legitur), *luctui apta indumenta*, ut Vulg. transtulit.

ΠΕ'ΝΘΟΣ ἌΩΡΟΝ, *luctus intempestivus*. חָמָס, *violentia, vis*. Prov. X. 7. Acceperunt חָמָס, quia opponitur τῷ בְּרָכָה, de *iniquitatis pœna*, quare et v. 11. per ἀπώλειαν reddiderunt et per πένθος expresse-
d runt, ut στόματι concineret. Cæterum πένθος ἄωρον est *calamitas, quæ hominem improbum præter opinionem opprimit*. Vide supra in ἄωρος.

ΣΚΕ'ΠΗ ΠΕ'ΝΘΟΥΣ, *tegmen luctus*. פְּלִילָה, *judicium*. Ies. XVI. 3. ubi σκέπη notionem *tutelæ* habet, et *tegmen luctus* notat *id, quod homines hilares reddere ac omnem lugendi materiam adimere valet*.
e Sed admodum incertum est, ad quænam verba Hebræa σκέπη πένθους h. l. referenda sint, nam cum פְּלִילָה conciliari nullo modo possunt.

ΠΕΝΙ'Α, *paupertas*. עֳנִי, *afflictio*. Job. XXXVI. 8. — רֵאשׁ (pro רִישׁ), *pauper*. Prov. X. 4. — רֵישׁ, it. רִישׁ et רֵאשׁ. Prov. VI. 11. X. 16. XXVIII. 19. Hesych. πενία, ἐγχρεοσύνη, ἀπορία. Conf. Suidæ locum adductum infra in v. πτωχεία.

ΠΕΝΙΧΡΟ'Σ, *pauperculus*. דַּל, *tenuis*. Prov. XXIX. 7. — עָנִי, *afflictus*. Exod. XXII. 25. Conf. Luc. XXI. 2.

ΠΕ'ΝΟΜΑΙ, *pauper sum*. דַּל, *tenuis*. Exod. XXX. 15. Levit. XIV. 21. ἐὰν πένηται, pro quo in Oxon. et Ald. legitur πένης ᾖ. — *יָרַשׁ. Inc. et LXX Prov. XXX. 9. πενηθείς. Vulg. *aut egestate compulsus*. — מוּךְ. Lev. XXV. 25. 35. — עָנִי, *afflictus*. Deut. XXIV. 12.

ΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΚΟ'Σ, *quinquennalis*. 2 Macc. IV. 18. ἀγομένου δὲ πενταετηρικοῦ ἀγῶνος, cum autem celebraretur quinquennale certamen. Quinquennale dicitur, quod quinto quoque anno celebraretur. Sic ludi quinquennales Romæ, de quibus Florus Lib. II. c. 7. Vide Lex. Pasoris. Adde Schol. Pind. Olymp. Od. X. 69. Joseph. A. J. XV. p. 766. §. 1. 6.

ΠΕΝΤΑΕΤΗ'Σ, *quinquennis*. בֶּן חָמֵשׁ שָׁנִים, *filius quinque annorum*. Lev. XXVII. 5. 6.

ΠΕΝΤΑ'ΚΙΣ, *quinquies*. חָמֵשׁ subintellecto פְּעָמִים, *quinque*, sc. *vicibus*. 2 Reg. XIII. 19.

ΠΕΝΤΑΚΙΣΧΙ'ΛΙΟΙ, *quinque millia*. חֲמִשָּׁה וָאֶלֶף. 1 Reg. IV. 32. — חֲמֵשֶׁת אֲלָפִים. Num. XXXI. 32. 1 Par. XXIX. 7. Esdr. I. 11. — חֲמִשִּׁים אֶלֶף, *quinquaginta mille*. 1 Par. V. 21. Hic legerunt חֲמִשָּׁה. — Vide alibi μύριοι.

ΠΕΝΤΑΚΟ'ΣΙΟΙ, *quingenti*. חֲמֵשׁ מֵאוֹת. Gen. V. 30. 32. XI. 11.

a Exod. XXX. 23. 24. et alibi sæpius.

ΠΕΝΤΑΠΗΧΥΣ, *quinque cubitorum.* חָמֵשׁ בָּאַמָּה. 1 Paral. XI. 23. Herodot. IX. p. 540. 28. Athen. V. 202. C.

ΠΕΝΤΑΠΛΑΣΙΩΣ, *quintupliciter, quintuplo plus,* a πενταπλάσιος, *quintuplo major.* חָמֵשׁ יָדוֹת, *quinque manus.* Gen. XLIII. 34.

b ΠΕΝΤΑΠΛΟΥΣ, *quintuplex.* חֲמִישִׁית, *quinta pars.* 1 Reg. VI. 30.

ΠΕΝΤΑΠΟΛΙΣ, *Pentapolis, quinque urbes.* Sap. X. 6.

ΠΕΝΤΕ, *quinque.* אַרְבַּע, *quatuor.* 1 Reg. VII. 26. — חָמֵשׁ ; חֲמִשָּׁה. Gen. V. 6. 11. Exod. XXII. 10. — עֶשֶׂר, *decem.* 2 Par. IV. 7.

ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑ, *quindecim.*
c חָמֵשׁ עֶשְׂרֵה, et חֲמִשָּׁה עָשָׂר. Gen. V. 10. Exod. XXVII. 14. Hos. III. 2.

ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ, *decimus quintus.* חָמֵשׁ עֶשְׂרֵה ; חֲמִשָּׁה עָשָׂר. Exod. XVI. 1. 1 Paral. XXIV. 14.

ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ, *quinquaginta.* חֲמִשִּׁים. Gen. VI. 15. VII. 24. VIII. 3. — *חֲמִשִּׁים plur. *quini,*
d Jud. VII. 11. Legerunt חֲמִשִּׁים. — *עֲשָׂרָה, *decem.* 2 Sam. XVIII. 11. sec. Ald. et Cat. Nic. πέντηκοντα σίκλους. Verba hæc ducta sunt e Josepho A. J. VII. 2. 10. — שְׁלֹשִׁים plur. *triginta.* 1 Reg. VII. 6. — שְׁמֹנִים plur. *octoginta.* 2 Reg. VI. 25.

ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑΕΤΗΣ vel ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑΕΤΗΣ, *quinquaginta an-*
e *nos natus* vel *habens.* חֲמִשִּׁים שָׁנָה. Num. IV. 24. VIII. 25.

*ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑΠΕΝΤΕ, *quinquaginta quinque.* Tob. I. 21. sec. Alex.

ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑΡΧΟΣ, *dux quinquaginta militum.* שַׂר חֲמִשִּׁים. Ex. XVIII. 21. 25. Deut. I. 15. et sæpe alibi.

ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΟΣ, *quinquagesimus.* חֲמִשִּׁים. Levit. XXV. 10. f
11.

ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΗ, sc. ἡμέρα, *Pentecoste, quinquagesimus,* sc. *dies,* seu: *festum illud anniversarium Judæorum, inde dictum, quod quinquagesimo die post Paschatos diem secundum celebrabatur.* Tob. II. 1. ἐν τῇ πεντηκοστῇ ἑορτῇ, in Pentecoste festo. 2 Macc. XII. 32. μετὰ τὴν λεγομένην (sc. ἑορτὴν) πεντηκοστὴν, post festum, g
quod Pentecoste dicebatur. Confer Act. II. 1. ac Lexicon N. T. s. h. v.

ΠΕΠΕΙΡΟΣ, *maturus,* q. d. *excoctus.* הִבְשִׁיל Hiph. *maturo.* Gen. XL. 10. πέπειροι οἱ βότρυες σταφυλῆς, *maturi racemi uvæ.* Lexic. Cyrilli MS. Brem. πέπειροι, ἑψημένοι (MS. vitiose ἡψημένοι), ὥριμοι. Suidas: πέπειρον, ἀκμαῖον. εἴρηται δὲ ἐπὶ ὀπώρας h
ὡρίμου.

*ΠΕΠΙΣΤΕΥΜΕΝΩΣ. Vide seq. πεπιστωμένως.

ΠΕΠΙΣΤΩΜΕΝΩΣ, *fideliter.* אָמֵן, Aqu. Num. V. 22. Deut. XXVII. 15. Psalm. XL. 14. Ies. XXV. 1. LXV. 16. Præterea legitur apud Aquilam Psalm. LXXI. 19. πεπιστωμένως, πεπιστωμένως, uti edidit Montfauconus. Sed in Catena PP. GG. T. II. p. 466. legitur πεπιστευμένως, πεπιστευμένως, de qua lectionis i
diversitate vide Fulleri Miscell. SS. Lib. I. c. 2. Eadem lectionis diversitas reperitur quoque ibid. Psalm. LXXXVIII. 53. coll. Catena PP. GG. T. II. p. 864.

ΠΕΠΟΙΘΗΣΙΣ, *fiducia, confidentia.* בֶּטַח. Inc. sine dubio Aquila, Gen. XXXIV. 25. Aqu. Psalm. IV. 9. LXXVII. 53. Aqu. Theod. Hos. II. 18. — בִּטָּחוֹן. 2 Reg. XVIII. 20. — מִבְטָח, *fiducia.* Al. Job. VIII. 14. — מַחֲסֶה, *refugium.* Symm. Ps.

a LXX. 7. Confer 2 Cor. VIII. 22. et Lex. N. T. s. h. v.

ΠΕΠΟΙΘΟΤΩΣ, *fiducialiter, confidenter*. בֶּטַח, *fiducia*. Al. Ies. XXXII. 17. Inc. Genes. XXXIV. 25. Aqu. Deut. XII. 11. — לָבֶטַח, *in fiducia*. Jer. XXXII. 37. Zach. XIV. 11.

ΠΕΠΤΩ, *coquo*. אָפָה, idem. Gen. XIX. 3. ubi multi codd. loco ἔπεψεν habent ἔπεμψεν. Scil., ut recte
b monuit Holmesius, interpositum est μ ante ψ ex Alexandrinismo, ex solenni scil. usu codd. Alexandrinorum. Exod. XII. 39. Lev. VI. 17. Ezech. XLVI. 21. — מַאֲפֶה, *coctum*. Lev. II. 4. θυσίαν πεπεμμένην ἐν κλιβάνῳ, sacrificium coctum in clibano. Ubi tamen, ut hoc obiter moneam, θυσίαν non cum πεπεμμένην
c construendum, sed aut legendum πεπεμμένον, aut ad πεπεμμένην supplendum est μάζαν. Gloss. in Octat. πεπεμμένον, ζυμωθῆσαν. Lege: πεπεμμένην, ζυμωθεῖσαν. Hesych. πεπεμμένης, ζυμωθείσης, ἐν κλιβάνῳ ἄρτου γενόμενον. Sic enim bene Salmasius pro γενομένην. — נַעֲשָׂה, *factus*. Niph. ab עָשָׂה. Inc. Levit. VII. 9. πεφθήσεται.

d ΠΕΠΩΝ, ονος, proprie *excoctus a sole, maturus*, metaph. *mollis, mitis*, it. *suavissimus*, speciatim: *pepo, cucumer*. אֲבַטִּחִים plur. Num. XI. 4. τοὺς πέπονας, sc. σικύους. Scil., ut recte monuit ad h. l. Rosenmüllerus, πέπων denotat *mollis, mitis*, hinc σίκυοι πέπονες apud Aristot. Problem. 32. et Athenæum Lib. II. cap. 68. et 78. dicitur *cucumerum genus il-*
e *lud, quod mollius est et dulcius*. Deinde, omisso σίκυος, absolute dicitur πέπων. Plinius H. N. XIX. 5. scribit, cucumeres, cum magnitudine excessere, *pepones* vocari. Sub uno cucumerum genere veterum quidam comprehendunt *pepones* et *melopepones*, quos hodie contracta voce dici *melones*, antiquissimos autem Græcos σικύους σπερματίας vocasse, probat Salmasius Synon. Hyl. Iatr. f p. 37. Vide etiam Hilleri Hierophyt. P. II. c. 13. §. 2. p. 59. et Ol. Celsii Hierobotan. T. I. p. 365. seq.

*ΠΕΡΑΘΕΝ, *ex ulteriori parte*. מֵעֵבֶר, *trans*. Symm. Ies. XVIII. 1. ubi, teste Montfauconio, unus codex πέραν legit. Adde quoque Symm. Soph. III. 10.

ΠΕΡΑΙΝΩ, *finio, termino, ad finem perduco, perficio*. הוֹעִיל Hiph. i
a יָעַל, *prosum*. 1 Sam. XII. 21. ἃ οὐ περανοῦσιν οὐδὲν, quæ nihil plane *perficient*. Hesych. οὐ περανοῦσιν, οὐ τελειοῦσιν. — נָוָה, *inhabito*. Hab. II. 5. ἀνὴρ ἀλαζὼν οὐδὲν μὴ περάνῃ, vir arrogans nihil plane *ad finem perducet*. Gloss. MSS. in Proph. περάνῃ, τελειώσῃ. Nonnullis Intt. hæc versio prodere videtur lectionem i Syri יִרְוֶה, a רָוָה, quod est *satiare*, ut sc. ipsi passive acceperint cum Symmacho pro *satiari*, h. e. *prospero et felici successu gaudere*. Qua tamen conjectura mihi non opus esse videtur, modo verba Hebr. vertantur: *in illo statu suo non permanebit*. Michaëlis in Supplem. p. 1612. confert Arabicum نوى, *intendit*, in Conj. II. *perfecit* et *exsequutus fuit rem suam*. — פָּסַס, *de-* i *ficio*. Aqu. Psalm. XI. 2. ὅτι ἐπεράνθησαν οἱ πιστοὶ ἀπὸ υἱῶν ἀνθρώπων, *nam nemo superest, qui sanctitati studeat*. Περαίνεσθαι h. l. notat *consumi, esse desinere*, et Hebr. פָּסַס proprie notat *dissecari in particulas* (unde פִּסָּה *particulam* significat), deinde *minui, comminui, consumi*, unde אֶפֶס quod Aquila vertit per πέρας. פַּסְפֵּס Chaldæis est *comminuere, discerpere*. Cæterum etiam Raschius ad h. l. monuit, פסו positum esse pro אפסו. Ita quoque Syrus. Hesych. περαίνει,

ἐπὶ πέρας ἄγει, πληροῖ, ἀνύει. Idem: περαίνειν, ἐξανύειν, ἀποπληροῦν.

ΠΕΡΑΙ'ΤΗΣ, *transitor, qui transit.* עִבְרִי, idem. Aqu. Genes. XIV. 13. ubi tamen leges linguæ Hebr. postulant, ut περάτῃ reponatur. Vide Aristoph. Av. v. 823. Schol. Casaub. in Athen. p. 421. 23. et Joseph. de B. J. II. p. 203. 8. et 220. 10.

ΠΕ'ΡΑΝ, *ultra, trans,* it. *cis, prope.* *לְעֶבְרוֹ, *ad latus suum.* Οἱ λοιποὶ Ies. XLVII. 15. εἰς τὸ πέραν ἑαυτοῦ, *ad id, quod ultra se ipsum est,* h. e. *in terras remotissimas.* — מַעֲבָר, *transitus.* 1 Sam. XIII. 23. — עָבַר, *transeo.* Jud. XI. 29. 1 Sam. XXX. 10. Jerem. XLI. 11. ᾤχετο εἰς τὸ πέραν υἱῶν Ἀμμὼν, abibat, ut transiret filios Ammon. — עֲבַר
c Chald. ex Hebr. עֵבֶר. Esdr. IV. 10. — עֵבֶר, *transitus,* it. *trans.* Numer. XXI. 13. παρενέβαλον εἰς τὸ πέραν Ἀρνῶν, pro εἰς τὸ χωρίον πέραν Ἀρνῶν ὄν, castra metabantur *cis* Arnon. Num. XXXII. 19. οὐκέτι κληρονομήσομεν ἐν αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου (pro τὶ ἀπὸ τοῦ χωρίου πέραν τοῦ Ἰορδάνου ὄντος) καὶ ἐπέκεινα, ὅτι ἀπέχομεν τοὺς κλήρους ἡμῶν ἐν τῷ πέραν τοῦ Ἰορ-
d δάνου (pro ἐν τῷ χωρίῳ πέραν τοῦ Ἰορδάνου ὄντι) ἐν ἀνατολαῖς, non occupabimus cum illis regionem, quæ *trans* Jordanem et ultra, quia jam habemus sortem nostram *cis* Jordanem in orientali plaga. Ies. IX. 1. πέραν τοῦ Ἰορδάνου, *prope* vel *ad* Jordanem. Confer Matth. IV. 15. et ad h. l. auctores citatos Wolfio p. 77. Eodem sensu voce usus est
e Pausanias. Sic enim Lib. II. p. 62. πέραν δὲ τοῦ Νεμείου Διὸς τύχης ἐστὶν ἐκ παλαιοτάτου ναὸς, *prope* Nemei Jovis templum est perantiquum fortunæ fanum. Et p. 64. καὶ οὐ πόῤῥω τοῦ ἱεροῦ τάφος Πελασγοῦ, πέραν δὲ τοῦ τάφου χαλκεῖόν ἐστι οὐ μέγα. Vide quoque Lex. N. T. s. h. v. — עֲבָרִים plur. ex עֵבֶר. Numer. XXI. 11. XXVII. 12. Jerem. XXII. 20. ubi τὸ מֵעֲבָרִים, *e transitibus,* transtu- f
lerunt εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης. Legerunt nempe divisim מֵעֵבֶר יָם. Adde Symm. 1 Sam. XIII. 3. οἱ ἐν τῷ πέραν. Idem ibid. v. 7. οἱ ἐκ τοῦ πέραν. Aquil. sec. cod. X. Holm. Deuter. XXXII. 49. τῶν πέραν. — עַרְבוֹת plur. ex עֲרָבָה, *campestria.* Jerem. LII. 6. ἐν τῷ πέραν. Legerunt sine dubio literis transpositis עֲבָרוֹת. Idem valet de loco Jer. g
XXXIX. 5. ubi tamen secundum Theodoretum et cod. Syr. Hexapl. ipsam vocem Hebr. retinuisse, et ἀραβὰθ scripsisse videntur.

ΠΕ'ΡΑΣ, *finis, terminus.* אֶפֶס, *finis, extremitas,* item *defectus.* Ps. II. 8. XXI. 29. LXXI. 8. ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς γῆς, a fluviis usque ad *fines* orbis habitabilis, h. e. usque ad fines terræ remotissimos. h
Aqu. 1 Sam. VII. 1. Idem Ies. V. 8. ἕως πέρατος τόπου, usque ad *defectum* loci, h. e. ita, ut nullus locus amplius supersit. Habet hic πέρας hanc notionem rariorem, ut significet *defectum.* Symm. ἕως τοῦ μὴ εἶναι τόπον. Theod. ἕως τοῦ μὴ ὑπάρχειν τόπον.—חֵקֶר, *pervestigatio.* Psalm. CXLIV. 3. μεγαλωσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας. Sensu eodem. — מֶחְקָרִים
plur. idem, a חָקַר, *remota* aut *ab-* i
strusa scrutatus aut *perscrutatus est.* Psalm. XCIV. 4. τὰ πέρατα τῆς γῆς. Bene: nam *abscondita* seu *penetralia terræ* ponuntur h. l. pro *universa terra, qua patet.* — סוֹף : סוֹפָא Chald. Dan. IV. 8. 19. VII. 28. — עֵבֶר, *latus.* Soph. III. 11.—עֶבְרָה, *excandescentia.* Ps. VII. 6. ὑψώθητι ἐν τοῖς πέρασι τῶν ἐχθρῶν σου. Videntur confudisse עֶבְרוֹת et עֲבָרִים, *latera, termini, fines, partes extremæ,* aut πέρατα sunt h. l. *vada, transitus,* ἀπὸ τοῦ περᾷν, quod est *transire,*

a *transvadare.* — *עֲבָרִים. Aquila Deut. XXXII. 49. τὸ πέρας. — עֵת, *tempus.* Ezech. XXX. 3. πέρας ἐθνῶν ἔσται : ubi πέρας est *terminus fatalis, tempus, quo gentiles punientur.* — צְפִירָה, *corona,* it. *fatum, malum extremum.* Conf. Simonis Lex. Hebr. p. 1387. Al. Ez. VII. 7. τὸ πέρας. — קֵץ, *finis.* Psalm. XXXVIII. 5. CXVIII. 96. Jer. LI. 13. Symm.
b Gen. VI. 13. Theod. Job. XXVIII. 3. in quo posteriore loco πέρας, si revera Theodotionis est, nec alius cujusdam interpretis, fortasse huc non pertinet, sed ad תַּכְלִית in secundo membro, ubi id hoc ipso vocabulo a Theodotione expressum est. — קָצָה, *finis.* Psalm. XVIII. 4. εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, ad *fines* orbis habitati, h. e. ad terras
c longe remotas. Vide et Ps. XLV. 8. ac conf. Rom. X. 18. Eadem locutione Græci profani usi sunt. Vide Lex. N. T. s. h. v. — *קְצָה (hic ה est paragogicum). Nah. II. 9. III. 3. 9. — קְצָוִים plur. masc. Ps. XLVII. 9. LXIV. 6. — קְצוֹת plur. fœm. Psalm. LXIV. 8. — רֶגַע, *momentum.* Jer. XVIII. 7. 9. ubi πέρας recte per *interitum* verti potest. —
d *שְׁנוֹת מִסְפָּר, *anni a Deo numerati,* aut pro מִסְפַּר שְׁנוֹת, *numerus annorum vitæ a Deo constitutus,* h. e. *finis vitæ.* Inc. Job. XVI. 22. ubi πέρας est *finis vitæ, mors.* Confer *parallelismum sententiarum* et Job. XV. 20. — תַּכְלִית, *consummatio.* Job. XXVIII. 3. Addit. Esther. XIII. 3. ἄγεσθαι ἐπὶ πέρας, *perfici.* Sap. XVIII. 21. πέρας ἐπέθηκε τῇ
e συμφορᾷ, *terminos* scripsit calamitati, h. e. cohibuit eam. Polyb. XXV. 6. 3. πέρας ἐπιθεῖναι πολέμῳ. Sap. XIV. 27. ubi *eventum* notat. Sap. XIX. 4. ubi πέρας est *mors, interitus.* Sermo enim ibi est de interitu Ægyptiorum in mari rubro. Hesych. πέρας, τὸ τέλος, καὶ ἡ λύσις (Forte δύσις legendum. Vide Hesychium in ἐν πέρασι.), καὶ τὸ τῆς γῆς πέρας. Idem: πέρατα, τὰ τέλη.

ΠΕΡΑΣΜΟ'Σ, idem. קֵץ, idem. Cohel. IV. 8. 16. XII. 12.

ΠΕΡΑ'ΤΗΣ, *transitor, qui transit.* עִבְרִי, *Hebræus.* Gen. XIV. 13. (ad quem locum conferendus est Flaminius Nob.) τίς ἀπήγγειλε Ἀβρὰμ τῷ περάτῃ; quis annunciavit Abramo *transitori?* Gloss. in Octat. περάτης, πέραν τοῦ ποταμοῦ ἥκοντι. — עָם, *populus.* Inc. Gen. XXV. 8. πρὸς τοὺς περάτας. Versio hæc Aquilæ tribuitur a Montfauconio, qui eum עִבְרִין legisse existimat. Sed loco περάτας est sine dubio per metathesin literarum πατέρας legendum, ut multis docuit Scharfenbergius ad h. l., qui omnino huc conferendus est.

ΠΕΡΑ'Ω, *transeo, trajicio, transmitto.* עָשָׂה, *facio.* Jerem. XII. 5. περάσεις. Non male hic sensum expressit. Vide ad h. l. Intt. Sap. XIX. 5. παράδοξον ὁδοιπορίαν περάσῃ. Vulg. *mirabiliter transiret.* Vatablus et alii legunt πειράσῃ, *tentaret.*

ΠΕ'ΡΔΙΞ, *perdix, nomen avis.* קֹרֵא, nomen avis a clamando, vulgo *perdix* vel *coturnix,* ut Arab. كرا. Jer. XVII. 11. Vide et Sirac. XI. 31. πέρδιξ θηρευτὴς, *perdix cicur, qui feros perdices suis artibus in caveam aut laqueos allicit,* uti quoque apud Aristotelem occurrit, v. c. Histor. Anim. IX. 9. 4. Conf. Bocharti Hieroz. P. II. p. 89.

ΠΕ'ΡΘΩ, *perdo, vasto, diruo.* Sap. XVIII. 21. ubi tamen alii pro πέρας rectius σπεύσας.

ΠΕΡΙ', *de, ex, a* vel *abs, circa, propter, pro.* עַל־אוֹדֹת, proprie *in causa.* Genes. XXI. 11. 25. XXVI. 32. Jos. XIV. 6. — אַחֲרֵי, *post.*

a Gen. XXIV. 67. περὶ Σάῤῥας. Bene quoad sensum. — *אַיִל, *aries*, it. *superliminare*. Inc. Ezech. XL. 9. τὸ περὶ αὐτὸ, quod in circuitu portæ est. Adde Symm. Ezech. XLI. 3. — אֵצֶל, *juxta*. Prov. VII. 12. — ב præfixum. 1 Sam. XIX. 3. λαλήσω περί σου πρὸς τὸν πατέρα μου, loquar de te ad patrem meum. Prov. VII. 13. περὶ ψυχῆς τρέχει, pro anima currit.
b Photius Lex. col. 440. τρέχειν τὸν περὶ ψυχῆς, οἷον δρόμον. Conf. Herodot. IX. 37. Formula *pro salute currere* usus est Ammian. Marcell. XXIV. 4. — *בַּדָּיו, quod alii *vestes ejus*, alii *membra ejus* vertunt. Job. XLI. 3. Symmach. περὶ αὐτοῦ. Vulg. *ei*. LXX δι' αὐτόν. Hi omnes deduxisse mihi videntur a בַּד, quod vide apud Simonis Lex. Hebr. p.
c 387. — בְּעַד. Psalm. LXXI. 15. προσεύξονται περὶ αὐτοῦ, orabunt *pro* illo. Vide et Ies. VIII. 19. Jerem. VII. 16. Aqu. Symmach. Psalm. CXXXVIII. 11. Aqu. 2 Reg. I. 2. ubi *per* notat. Vulg. *per* cancellos. Symm. et LXX διά. — עַל־דְּבַר, *propter verbum*. Gen. XII. 17. περὶ Σάῤῥας, *propter* Saram. Vide et Ex. VIII. 12. Jerem. VII. 21. —*יָחַל,
d *spero, exspecto*. Aqu. Mich. V. 7. Orta sine dubio est lectio περὶ e compendio scribendi, ac reponendum περιμένει, qua voce alibi pro hac Hebr. uti solet. — *יֹתֵר, *abundanter*. Theod. Ies. LVI. 12. περί σε. Lege περισσῇ, ut jam Montfauconius conjecit. — ל præfix. 1 Reg. XX. 7. περὶ τῶν γυναικῶν μου, *propter* uxores meas. Conf. Luc. XIX. 37.
e Joh. X. 33. — לְנֹכַח, *coram*. Gen. XXV. 21. ἐδεῖτο δὲ Ἰσαὰκ κυρίου περὶ Ῥεβέκκας, rogabat autem Isaacus dominum *pro* Rebecca. Confer Sirac. XVI. 9. Joh. XVII. 9. Act. VIII. 15. 2 Thess. I. 11. —*לִפְנוֹת, *respiciendo*. Symm. Psalm. XLV. 6. Sensum expressit. Sc. פָּנָה, si de die sermo est, *illucescere* notat. Ergo לִפְנוֹת בֹּקֶר est *priusquam primum mane oritur*, h. e. *statim*, quod Sym- f machus per περὶ τὸν ὄρθρον (h. e. *sub diluculum, in ipso ortu matutino*) expressit. — מ præfix. 2 Sam. XXIV. 24. περί σου, *abs* te. — עַל. Genes. XX. 3. περὶ τῆς γυναικὸς, *propter* mulierem. Jerem. XV. 4. περὶ πάντων, ὧν ἐποίησεν, *propter* omnia, quæ fecit. Vide et v. 15. Genes. XLI. 15. περί σου, *de* te. Nehem. IV. 14. παρατάξασθε περὶ τῶν ἀδελφῶν, pugnate *pro* g fratribus. Esth. IV. 8. ἀξιῶσαι αὐτὴν περὶ τοῦ λαοῦ, ut supplicaret illa *pro* populo. Vide et Esth. VII. 9. et conf. Keuchenium in Joh. V. 46. et Lex. N. T. s. h. v. Adde Aqu. Theod. Job. XXXIV. 6.—עַל־שְׂפַת, *ad ripam*. Exod. II. 3. περὶ τὸν ποταμὸν, circa, vel *ad* fluvium, ubi libri nonnulli παρὰ habent. — סָבִיב. Οἱ λοιποὶ Job. XLI. 6. Sirac. XIX. 17. (30.) gressus hominis ἀναγγελεῖ τὰ h περὶ αὐτοῦ, arguunt, *quomodo sit animatus*, seu : sunt speculum mentis. 2 Maccab. IX. 1. περὶ δὲ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον. Sic quoque 2 Macc. V. 1.

ΟΙ' ΠΕΡΙ' ΤΙΝΑ', scil. ὄντες, vel στρατεύσαντες, *qui cum aliquo sunt vel militant, quidam, et comites alicujus*. אֲגַפִּים plur. *agmina*. Ezech. XXXVIII. 6. Γομὲρ καὶ πάντες οἱ περὶ αὐτὸν, Gomer, et omnes, qui *cum illo sunt*, vel *militant*, s. *custodia regia*. Vide et v. 9. et cap. i XXXIX. 4. ac confer v. 22. ubi אֲגַפִּים τοὺς μετ' αὐτοῦ interpretantur. Similiter Arriano οἱ ξὺν αὐτῷ dicuntur pro οἱ ξὺν αὐτῷ στρατεύσαντες. Vide L. Bos. Ellips. Gr. p. 183. Hymn. Tr. Puer. v. 19. ὁ δὲ ἄγγελος κυρίου συγκατέβη τοῖς περὶ τὸν Ἀζαρίαν εἰς τὸν κάμινον, angelus autem Domini una descendebat *cum Azaria et comitibus ejus* in caminum. Ita οἱ περὶ τὸν Παῦλον, *Paulus et comites*

a *ejus*. Act. XIII. 13. XVI. 8. Conf. et quæ ex Polybio annotat Raphelius p. 341.

ΤΑ` ΠΕΡΙ` ΤΑ`Σ ὌΝΟΥΣ, scil. πράγματα, *negotia circa asinas*. הָאֲתֹנוֹת, *asinæ*. 1 Sam. IX. 5. μὴ ἀνῇς τὰ περὶ τὰς ὄνους sec. libros nonnullos, ubi Ald. et Complut. omisso τὰ habent: περὶ τὰς ὄνους, et in cod. Vat. simpliciter τὰς ὄνους le-
b gitur.

*ΠΕΡΙΑΓΚΩΝΙ'ΖΩ, *brachia et manus religo*, seu *post tergum*, s. *alio modo*. 4 Macc. VI. 3. Vide ad h. l. Combefisium. Substantivum περιαγκώνισμα sine omni interpretatione in Lexicis Suidæ ac Photii occurrit.

ΠΕΡΙΑ'ΓΩ, *circumduco*. הוֹלִיךְ Hiph. a יָלַךְ, *ire facio*. Amos II.
c 10. — הֵסֵב Hiph. a סָבַב. Ezech. XLVII. 2. Adde Symm. 2 Sam. XIV. 20. ὑπὲρ τοῦ περιαγαγεῖν. Vulg. *ut verterem*. Codex unus a Montfauconio laudatus habet παραγαγεῖν. Symm. Cohel. II. 20. περιάγομαι, *circumverto me*. — הֶעֱבִיר Hiph. *transire facio*. Ezech. XLVI. 22. 2 Sam. XII. 31. sec. Compl. Aqu. et Symm. Gen. VIII. 1. — שׁוֹבֵב
d Pih. a שׁוּב, *redire facio*. Symm. Psalm. LIX. 1. περιήγαγες. Vide et 2 Macc. IV. 38. VI. 10.

ΠΕΡΙΑΙΡΕ'Ω, *aufero, tollo, attollo, detraho, removeo, irritum reddo, præcido*. אָצַל, *separo*. Aqu. Num. XI. 25. περιεῖλεν, *abstulit*. — גָּלַל, *volvo*. Ps. CXVIII. 22. περίελε ἀπ' ἐμοῦ ὄνειδος, *aufer* a me opprobrium. — הֶעֱבִיר Hiph. *transire facio*. 1
e Par. XXI. 8. περίελε δὴ κακίαν παιδός σου, *aufer* quæso peccatum servi tui. Al. 2 Sam. XXIV. 10. περίελε δὴ τὴν ἀνομίαν τοῦ δούλου σου, *aufer* quæso peccatum servi tui, h. e. *ignosce* peccato servi tui. Hesych. περίελε (Sic enim procul dubio e locis adductis scribendum pro περίελαι.), κόψον, ἔπαρον, ἀφελοῦ. — הֵפֵר Hiph. a פּוּר, *frango*. Num. XXX. 13. ἐὰν δὲ περιαιρῶν περιέλῃ αὐτὰ, si f autem *irrita reddat* illa. Vide et v. 14. 16. — הִצִּיל : הִתְנַצֵּל Hiph. et Hithp. *eripio*. Exod. XXXIII. 6. Psalm. CXVIII. 43. — הֵרִים Hiph. a רוּם, *elevo*. Levit. IV. 8. 20. — *הִשָּׁהּ, *oblivisci fecit eum*, a נָשָׁה, pro נָשָׁא. Τὸ א excidit, et est ה affixum. Symmach. Job. XXXIX. 17. περιεῖλεν. Bene quoad sensum. Vulg. *privavit*. — הִשְׁכִּיךְ g Hiph. *sedo*. Num. XVII. 5. — הִתְעַמֵּף Hithp. *obruor*. Symm. Ps. CXLII. 4. περιείλετο ἐπ' ἐμὲ ἡ ψυχή μου, *volvebatur* in me anima mea. Ita Bielius. Sed in Hexaplis legitur περιειλεῖτο a περιειλέω. Potest tamen et altera lectio locum habere, modo vertatur: spiritus fere mihi *deficit*. — חָלַק, *partior*. Inc. Jos. XXII. 8. περιείλαντο. Quæ lectio, h si sana habetur, vertenda est: *detraxerunt spolia hostibus, ut deinceps inter se dividerent*. Sed mallem cum Scharfenbergio ad h. l. legere διείλαντο, *diviserunt prædam*. Nam interpretem quendam in exemplo suo Hebraico scriptum invenisse לָקְחוּ ipsi non est verisimile. — מָנַע, *cohibeo*. Symmachus, Job. XXXVIII. 15. περιαιρεθήσεται, *auferetur*. — הֵסִיר : סוּר, Kal et i Hiph., *recedo, recedere facio*. Gen. XXXVIII. 14. περιελομένη τὰ ἱμάτια τῆς χηρεύσεως, *exuens* vestimenta viduitatis. Vide et ver. 19. Deut. XXI. 13. et confer 2 Macc. IV. 38. Gen. XLI. 42. περιελόμενος Φαραὼ τὸν δακτύλιον, *detrahens* Pharao annulum. Vide et Esth. III. 10. et confer Ælianum V. H. Lib. I. c. 21. ubi eadem phrasis legitur. Lex. Cyrilli MS. Brem. περιελόμενος, περιπάρας, ἀφελόμενος. Exod. VIII. 8. περιελέτω τοὺς βατράχους ἀπ' ἐμοῦ, αυ-

ferat ranas a me. Exod. XXXIV. 34. περιῃρεῖτο τὸ κάλυμμα, removebat velamen. Huc respicit Apostolus 2 Cor. III. 16. ἡνίκα δ' ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα, quando autem se converterit ad Dominum, sc. cor illorum, removetur velamen. Jos. XXIV. 14. περιέλεσθε τοὺς θεοὺς τοὺς ἀλλοτρίους, removete Deos alienos. Vide et 1 Sam. VII. 3. 1 Sam. XVII. 39. περιείλετο αὐτά. Ita Compl. et Inc. Vulg. deposuit ea. 2 Par. XXXII. 12. περιεῖλε τὰ θυσιαστήρια αὐτοῦ, removebat seu destruxit altaria ejus. Vide et 2 Paral. XXXIII. 15. XXXIV. 33. Prov. IV. 24. περίελε σεαυτοῦ σκολιὸν στόμα, præcide os tuum perversum. Vide modo ante notata ex Hesychio. Soph. III. 12. περιελῶ ἀπὸ σοῦ τὰ φαυλίσματα, removebo a te irrisiones. Soph. III. 16. περιεῖλε κύριος τὰ ἀδικήματά σου, abstulit Dominus iniquitates tuas. Zach. X. 11. σκῆπτρον Αἰγύπτου περιαιρεθήσεται, sceptrum Ægypti auferetur. Inc. 1 Sam. XVII. 39. περιείλατο. Aqu. Symmach. Theod. Ies. XXVII. 9. Symm. Amos VI. 7. Adde Prov. XXVII. 22. περιέλῃς, ubi pro תְּסוּר non legerunt תָּסִיר, sed τῷ סוּר notionem Hiphilicam tribuerunt, quemadmodum ibid. XXVI. 27. שׁוּב per κυλίειν reddiderunt. — פָּרַק, rumpo. Exod. XXXII. 2. περιέλεσθε τὰ ἐνώτια, detrahite vobis inaures. Ibid. ver. 3. 23. Judith. X. 3. περιείλατο, exuit. 2 Macc. IV. 38. Suidas: περιαιρεῖν, ἀφαιρεῖσθαι, ὑποκόπτειν, καθυφεῖσθαι.

ΠΕΡΙΑΜΑΡΤΑ'ΝΩ (Bielius perperam edi jussit περιαμαρτέω), expio. חִטֵּא Pih. Aqu. Symm. Theod. Lev. VIII. 15. et IX. 15. περιημάρτησεν. Sed recte monuit Scharfenbergius, pro περιημάρτησεν utrobique legendum esse περιημάρτισεν, expiavit, coll. XIV. 49. Nam expiare est περιαμαρτίζειν, non περιαμαρτάνειν.

ΠΕΡΙΑΜΑΡΤΙ'ΖΩ, expio. חִטֵּא f Pih. Reliqui Exod. XXIX. 36. περιαμαρτιεῖς, et Lev. XIV. 49. περιαμαρτίσαι. Vide quoque s. περιαμαρτάνω.

ΠΕΡΙΑΜΑΡΤΙΣΜΟ'Σ, expiatio. לְחַטָּאת, pro peccato. Symmach. Zach. XIII. 1.

*ΠΕΡΙΑΝΤΛΕ'Ω, circumfundo, obundo, undique ingero, obruo. 4 Macc. XV. 32. ἐν τῷ τῶν παθῶν περιαντλουμένη κατακλυσμῷ, perturbationum diluvio undique jactata. g

*ΠΕΡΙΑ'ΠΤΩ, concilio, comparo, impono, attribuo. 3 Macc. III. 7. καὶ οὐ τυχόντι περιῆψαν ψόγῳ (Ita omnes fere libri hucusque collati. Sed Codex Alex. habet περιήψαντο φόβῳ.), et non mediocrem excitarunt seu conciliarunt sibi vituperationem. Alibi accusativum sibi h jungere solet, ut περιάπτειν αἰσχύνην apud Platonem, et apud Homerum μῶμον ἀνάψαι, sed habet etiam dativum sibi junctum, v. c. apud Josephum A. J. Lib. XII. c. 5. §. 5. ταῖς ὁμοίαις αἰτίαις περιάπτουσιν, simili nos damnant crimine. Suidas: περιάπτω, δοτικῇ.

ΠΕΡΙΑ'ΡΓΥΡΟΣ, argento obductus. Ep. Jerem. 6. 34. τὰ περίχρυσα i καὶ τὰ περιάργυρα. Athen. XII. pag. 538. D.

ΠΕΡΙΑΡΓΥΡΟ'Ω, argento circumobduco. חָפָה בְּכֶסֶף, tego argento. Ps. LXVII. 14. — מְחֻשָּׁף כֶּסֶף, cinctus argento. Exod. XXXVIII. 17. — צִפּוּי כֶּסֶף, obductio argenti. Ies. XXX. 22.

ΠΕΡΙΑΡΓΥΡΟ'Ω 'ΑΡΓΥΡΙ'Ω, id. צִפּוּי כֶּסֶף, obductio argenti. Exod. k XXXVIII. 17. 19.

*ΠΕΡΙΑΣΤΡΑ'ΠΤΩ, circumfulgeo, splendore circumdo. 4 Macc. IV. 10. περιαστράπτοντες τοῖς ὅπλοις, armis undique fulgurantes. Suidas: περιαστράπτω, αἰτιατικῇ.

ΠΕΡΙΒΑ'ΛΛΩ, circumjicio, circumdo, cingo, tego, induo, amicio,

b deinde ex adjuncto, teste Camerario, ad *increpationes* et *castigationes hominum* transfertur, uti in l. vernacula *strigilis* vocabulo ad *vehementiores increpationes* indicandas uti solemus. Sirac. XXX. 7. περιψήχων υἱὸν καταδεσμεύσει τραύματα αὐτοῦ, qui *durius* interdum *tractat* filium, obligabit vulnera ejus, h. e. *medelam ei afferet*, seu: *sanabit eum*.
c Ita ed. Compl. habet, ac ob seriem orationis necessario legendum est, non autem cum cod. Vat., Syro et Arabe περιψύχων, nec cum Ed. Ald. et Vulg. divisim περὶ ψυχῶν.

*ΠΕΡΙ'ΨΥΧΟΣ. יָחִיד. Jud. XI. 34. sec. cod. Oxon. Hesychius: περιψύκτης (sive potius, ut legendum censeo, περίψυχος), περιπόθητος, ἐκ ψυχῆς ὅλης ἀγαπώμενος. Inc. ibi pro
d יְחִידָה habet ποθητή. (Περίψυχος vocabulum nihili. Nam apud Eratosth. 2. in Brunckii Anal. I. pag. 477. pro περίψυχος scribendum περίψυχρος. Illud typographi negligentiæ tribuendum videtur. Quamobrem Jud. l. l. περίψυκτος legerim ex Hesychii glossa eodem modo emendanda. K.)

ΠΕΡΙΨΥ'ΧΩ, *amore complector*,
e *valde amo*. Sir. XXX. 7. περιψύχων υἱὸν, *qui amore complectitur filium*, aut *refocillans*, *refrigerans filium suum*. Sic enim legitur in Cod. Vat. et Alex., sed ex meo sensu vitiose: nam lectionem περιψήχων postulat omnis orationis series. Sermo enim est in omni priori capitis parte de *dura et severa educatione liberis adhibenda*. Cæterum voce περιψύχω utitur etiam Alciphron

5

L. I. Ep. 39. p. 186. ubi Megara ad f Bacchidem: Σὺ δὲ ἡμῖν μόνη τὸν Ἄδωνιν περιέψυχες: tu vero nobis sola Adonin *amore complexa es*. Ibid. in fin. τὸν Ἄδωνιν, ὃν νῦν περιψύχεις, Adonin, quem nunc *amore complecteris*. Inde ortum fortasse duxit περιψύκτης, qui juxta Hesychium est περιπόθητος, ἐκ ψυχῆς ὅλης ἀγαπώμενος. Confer Bergleri Not. ad Alciphr. Lib. III. Ep. 59. T. II. p. 181. g

ΠΕΡΚΑ'ΖΩ, *nigresco*, *nigris distingui maculis incipio*, *maturesco*, et speciatim adhibetur de uvis, quando colorem mutant et maturescere incipiunt. דֹּרֵךְ part. *calcans*. Amos IX. 13. περκάσει σταφυλὴ, maturescet uva. Legerunt דָּרַךְ, *processit*, quod commode ad *maturitatem* transferri potest. Certe Arabicum ادرك inter alia notat: *ad maturitatem pervenit fructus*. — בָּחַל, *fastidio*, *nauseo*. Aquila Zach. XI. 8. ἐπέρκασε, *maturuit*. Ex significatione radicis Chald. s. Talmud. בחל, *maturescere cœpit*, unde בֹּחַל, *res quævis nondum plane matura*, unde quoque Symmachus h. l. ἀκμάζειν posuit. Vide et Sir. LI. 20. Hes. περκάζει, μελανίζει, ποικίλλει, ἢ πεπαίνεται. Zonaras Lex. 1543. περκάζει, ὡριμάζει, ubi vid. i Tittmannus.

ΠΕΡΚΝΟ'Σ, *niger*, *nigris distinctus maculis*, *varius*. טָלוּא, *versicolor*, *maculosus*. Genes. XXX. 32. Breit. Sed vide s. v. πέρκος. Photius: περκνὸς, μέλας. Adde Etymol. Gudianum 462. 52.

ΠΕ'ΡΚΟΣ, *nigris maculis variegatus*. טָלוּא, *versicolor*, *maculosus*. Inc. Genes. XXX. 32. Sed potest k quoque hæc vox ad sequens חוּם referri. Vide ad h. l. Montfauconium.

ΠΕΡΟ'ΝΗ, *fibula*, *paxillus* s. *clavus ligneus*, a πείρω, *transadigo*, quia per foramen transadigitur. מוֹקֵשׁ, *laqueus*. Symm. Job. XL. 20. —

קַרְסִים, *uncini*. Symmach. Exod. XXXV. 11. Suidas: περόνη, πόρπη.

*ΠΕ'ΡΣΗΣ, *Persa*. מָדַי, *Medus*. Jerem. XXV. 25. Nempe Persæ et Medi sunt vicini.

ΠΕ'ΣΣΩ, *pinso, coquo panes*, idem quod πέπτω, unde etiam deducitur. אֹפֶה, idem. Aqu. Gen. XL. 1. ὁ πέσσων, *magister cocorum*, qui v. 2. dicitur שַׂר הָאוֹפִים. Cocos autem et pistores quondam eosdem homines fuisse, Festi auctoritate constat. Versio Quinta Hos. VII. 4. Aqu. Hos. VII. 6. (ubi Waltonus vitiose πισῶν excudi jussit). Adde LXX Ex. XVI. 23. 1 Sam. VIII. 13. Jer. XXXVII. 20. Gloss. in Octat. πέσσει, πέπτει, ἀρτοποιεῖ ὀπτᾷ. Distingue et scribe ita: ἀρτοποιεῖ, ὀπτᾷ.

*ΕΝ ΣΠΟΔΙᾼ ΠΕΣΣΟ'ΜΕΝΟΣ ἌΡΤΟΣ, *panis subcinericius*. עֻגָה, *placenta cocta, panis subcinericius*. Ed. Quinta Hos. VII. 8.

ΠΕΤΑ'ΖΩ, ΠΕΤΑ'Ω et ΠΕΤΑ'ΝΝΥΜΙ, *expando, extendo*. פָּרַח *effloreo*. Aqu. Exod. IX. 9. πεταζόμεναι, ubi vulgo vertitur *volaticæ*, quasi esset πετόμεναι: sed melius *expansæ*. — *רָפַף, *palpito, motito alas*. Job. XXVI. 11. ἐπετάσθησαν, *expansæ sunt*. Sermo ibi est de montibus, qui ex poëtica loquendi ratione *columnæ cœli* (Nah. I. 5.) dicuntur. Jam quando hi concutiuntur, aut, uti Vulgatus expressit, *contremiscunt*, nempe commotione terræ, tunc disrumpuntur, et magni in illis hiatus efficiuntur, ut satis notum est, quod bene a LXX exprimi poterat ἐπετάσθησαν. Edit. Ald. habet διεπετάσθησαν. — פָּרַשׂ, *expando*. Theod. Job. XI. 13. ἐπέτασας. Fortasse scripsit ἐξεπέτασας.

ΠΕ'ΤΑΛΟΝ, *folium*, proprie *quod est in amplitudinem expansum* (Hom. Iliad. Β', 312.), item *lamina folii specie* vel *tenuis instar folii, bractea*. נֵזֶר, *corona*. Exod. XXIX. 6. — פַּח. Exod. XXXIX. 3. ubi *laquei auri* sunt *bracteæ aureæ*. — צִיץ, *bractea, lamina splendens*. Exod. XXVIII. 32. XXXIX. 30. Levit. VIII. 9. πέταλον χρυσοῦν, laminam auream. Sic et per πέταλον χρυσοῦν, quod ex Dianæ corona ceciderat juxta Ælianum V. H. Lib. V. c. 16., Perizonius intelligit *folium aureum*, s. *laminam folii specie*. Confer et Braunium de Vestitu Sacerd. Hebr. Lib. II. cap. 22. §. 661., ubi inter alia Plinium Lib. XXI. c. 2. tradere observat, coronas datas fuisse *e lamina ærea tenui inaurata, aut inargentata*, et ex ejusdem Lib. XXI. cap. 3. hæc verba adducit: *Crassus dives primus argento auroque folia imitatus, ludis suis coronas dedit*. 1 Reg. VI. 18. 28. 34. διαπεπετασμένα πέταλα, *expansa* folia. — Præterea legitur 1 Reg. VI. 31. ubi tamen judice Montfauconio in Lex. Gr. s. h. v. dubium, an vox פְּטוּרֵי exprimatur.

ΠΕ'ΤΑΜΑΙ, ΠΕΤΑ'ΟΜΑΙ, *volo, volito*. דָּאָה, *perniciter volo*. Psalm. XVII. 12. — עוּף: עוֹפֵף, Kal et Pih. Inc. et LXX Job. V. 7. Psalm. XVII. 12. LIV. 6. Ies. XI. 14. πετασθήσονται ἐν πλοίοις ἀλλοφύλων, volabunt in navibus alienigenarum. Sic poëtæ naves *volare* dicunt, et vela *alas* vocant. Vide Bibl. Brem. Class. VI. p. 305. seq. Apud Homerum Il. Ν', 29. hæc vox de equis Neptuni adhibetur, qui rapido cursu vehebantur. Adde Aqu. Symm. Theod. Ies. VI. 6. Symm. Ps. LIV. 7. ubi pro πετασθῆναι καὶ ἱδρασθῆναι ex Eusebii Comm. ad h. l. p. 240. reponendum est: καὶ πετασθήσομαι, ἢ καὶ ἱδρασθήσομαι. — עוּף et נָדַד, junctim, *volo, vagor*. Prov. XXVI. 2.

ΠΕ'ΤΑΣΟΣ, *petasus, galerus* (*sic dictus, quod latos haberet margines*),

a pileus latus. 2 Macc. IV. 12. τοὺς κρατίστους τῶν ἐφήβων ὑποτάσσων ὑπὸ πέτασον ἦγεν, præstantissimos epheborum subjiciens sub petaso instituebat, seu: *ad certamina gymnica vocavit* (Latini locutione non prorsus dissimili dicunt *servos ad pileum vocare* pro *excitare ad ea agenda, quæ liberi homines agere solent,* sive *ad libertatem vocare.*), h. e. more b Græcorum petasum gestantes illorum moribus ac disciplina imbuit. Cf. ad h. l. peculiarem Epistolam Casauboni a Wolfio in Casaub. editam p. 185. seq. et Dillherrum Dispp. Acad. p. 182. Baduello ad Macc. l. l. πέτασος est *genus ludi* aut *certaminis ludicri,* Kesslero autem *pars palæstræ, in qua ephebi exercebantur.* Nic. Ignarra Comment. de Palaestra Nea- c politana (Neap. 1770. 4.) pag. 122. πέτασον accipit pro *ædificio ad petasi formam testudinato,* creditque, vocem a Vulgato interprete, cum *fornicem* vertere debuisset, *lupanar* versam esse contumeliæ caussa. Vide s. v. ὑποτάσσω. Hesych. πέτασος, τὸ τῶν ἐφήβων φόρημα. Sic enim bene viri docti pro φρόνημα legunt. Eustathius ad Odyss. Γ, p. 359. Ἀπὸ d τοῦ πετάζω, πετάσω, καὶ φόρημά τι πέτασος, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ, παιδία χιτῶνας ἔχοντα ἡνιοχικοὺς καὶ πετάσους.

ΠΕ΄ΤΑΥΡΟΝ, secundum Phavorinum est *pertica, lignum* aut *asser, super quo gallinæ dormiunt* (οἷον πέτευρον, παρὰ τὸ εὕδειν ἐν αὐτῷ τὰ πετεινά). Secundum eundem etiam παγὶς et βάθος, *laqueus, profunditas.* עֹמֶק, *profundum.* Prov. IX. 18. ἐπὶ e πέταυρον ᾅδου, ad *profunditatem* inferni. Lex. Cyrilli MS. Brem. πέταυρον, παγὶς, βάθος. Sic etiam apud Suidam, sine dubio ex h. l., ubi Aqu. Symm. Theod. βάθος habent. Confer quoque Tittmannum ad Zonaræ Lex. 1537. Cæterum recte observat Jaegerus ad h. l., LXX in עמק cogitasse *foveam,* σιρὸν, ὄρυγμα, ex eo genere, quod rustici ac venatores in terram depressum levi materia terraque, ut solum mentiretur, f insternebant, dolum meditantes feris, quæ si fraudem non sensissent, delatæ in locum constratum, fracta materia imbecilli, in profundum delapsæ caderent. Conf. Longi Past. I. 5. et Drakenborch. ad Sil. Ital. VI. 329. De ea crate fragili et fallaci non alienum foret intellegere πέταυρον, sive πέδαυρον, quo et fraudis genus designetur ad capturam ido- g neum, et τῶν λεπτῶν, atque a πεδαίρω pro μεταίρειν etiam ἐν μετεώρῳ κείμενον, *pensile,* quod subtus caveam habeat. Suidas: πέταυρον, παγὶς, βάθος, σανὶς οἷον πέτευρον, παρὰ τὸ εὕδειν ἐν αὐτῷ τὰ πετεινά.

ΠΕΤΕΙΝΟ΄Σ, *volatilis.* Τὸ πετεινὸν, *avis, volucris.* כָּנָף, *ala.* Ezech. XXXIX. 4. παντὶ πετεινῷ, sc. ὄρνιθι, *omni volucri.* Conf. v. 17. ubi ὄρνεον h additur. — עוֹף. Gen. I. 20. 30. II. 19. et alibi sæpius. — עַיִט, *avis vorax.* Job. XXVIII. 7. Ies. XVIII. 6. XLVI. 11. — צִפּוֹר. Ps. VIII. 8. CXLVIII. 10. Ezech. XVII. 23. — רֶשֶׁף, *pruna.* Symm. Job. V. 7. πετεινῶν. Confirmatur hac versione opinio Michaëlis, qui in Supplem. p. 2268. per רֶשֶׁף intellegit *avem rapacem,* indeque metaphorice *sagittam alatam,* a rad. Arab. رسف in Conj. VIII. *in altum elatus est.* Alex. Inc. Hab. III. 5. τὰ μέγιστα τῶν πετεινῶν. — *מִן־הַשָּׂדֶה, *ex agro.* Inc. Levit. XXV. 12. Montfauconius nescit, quid viderit vel legerit hic interpres: Scharfenbergius vero ad h. l. statuit, legendum esse πεδινῶν pro πετεινῶν.

ΠΕΤΗΝΟ΄Ν pro πετεινὸν, *volatile.* i Sic tres interpretes constanter in toto cap. I. Geneseos Hebr. עוֹף transtulerunt, docente Montfauconio Lex. in Hexapla Origenis.

ΠΕ΄ΤΟΜΑΙ, *volo, volito.* בַּמָּרוֹם *in altitudine.* Symm. Job. XXXIX. 18. πετομένη. Ita Bielius. Sed πε-

τομένη ibi aut Hebr. תַּמְרִיא (quod n l. Arab. notat *strinxit, sese ad rursum incitavit*), aut formulæ בַּמָּרוֹם תַּמְרִיא, *in altum elevaverit sese*, respondet. Est autem n. l. πέτομαι non tam *volare*, quam *in altum elevare se*, aut *in altum erigere alas*, ut Vulgatus expressit. Nam *struthio* non volare potest, sed currens alis suis volatum avium imitatur. — בַּשָּׁמַיִם, *in cœlo*. Prov. XXX. 19. πετομένου. Bene quoad sensum. — *חֵמָה, *venenum*. Hab. II. 15. Inc. πετομένην, ubi mihi ita libere vertisse videtur, quia in antecedentibus voce ἄελλα usus erat. Fortasse autem legit He loco Cheth, ut vocem deduxerit ab הָמָה aut הָמַם. Aliter autem de h. l. judicat Bahrdtius in App. Crit. ad h. l. qui statuit, incertum illum Int. מַכְפַּת חֵמָה, *subversionem turbidam*, ἀέλλην interpretatum esse, proque וְאַף (cui πετομένη respondeat) legisse דֹאֶה, *volantem*.—מוּשׁ, *volo*. Job. IX. 26. — עוּף ; עוֹפֵף ; הוּעַף, Kal, Pih. et Hophal. Genes. I. 20. Psalm. XC. 6. Jos. XXX. 6. et alibi. Præterea legitur apud Inc. Int. et LXX Prov. XXX. 19. ubi πετομένου sensus causa addiderunt. Conf. Grævii Not. ad Lucian. Solœc. p. 752.

ΠΕ'ΤΡΑ, *petra, rupes*. בֶּצֶר, *aurum lectissimum*. Symm. et LXX Job. XXII. 24. ἐν πέτρᾳ. Legerunt בָּצוּר seu בְּצֻר. Vulg. *dabit pro terra silicem*. Sc. بصر sunt *lapides candicantes*. — *חָצָץ, *lapillus*. Syrus Thren. III. 16. — כֵּפִים plur. ex Chald. כֵּיפָא. Jerem. IV. 29. — מָצוּר, *munitio*. Hab. II. 1. — סֶלַע. Num. XX. 8. 10. 11. XXIV. 21. Deut. XXXII. 13. et alibi sæpius. Adde Aqu. Ezech. XXIV. 7. ubi pro λείαν πέτρας sine dubio reponendum est λείαν πέτραν, ut jam Montf. conjecit. — עֵבֶר, *transitus*. Jerem. XLVIII. 28. ὥσπερ περιστεραὶ νοσσεύουσαι ἐν πέτραις. *Latera cavernæ* bene hic πέτραι dici poterant. — עֳפָאִים f plur. *rami*. Psalm. CIII. 13. Tychsenio legisse videntur כֵּיפָאִים (aut secundum Dathium in Notis ad Psalter. Syr. p. 232. כֵּפִים) et ע cum כ permutatum esse. Sed quia in præcedentibus et subsequentibus de montibus sermo est, ac revocantes in memoriam סְעִפֵי הַסְּלָעִים, *ramos petrarum* (Jud. XV. 8. 12. Ies. XXII. 21. et LVII. 5.) hic g quoque de petris sermonem esse putarunt, et ita transtulerunt. — עָפָר, *pulvis*. Job. XIV. 8. Ingenio suo h. l. indulserunt, aut locum XXX. 6. in mente habuerunt. — עָפָר וְכֵפִים, *pulvis et petræ*. Job. XXX. 6. — צוּר. Exod. XVII. 6. XXXIII. 21. 22. Deut. VIII. 15. et alibi. — צֻר, i. q. צוּר. Ies. V. 28. — *צֹר, idem. Ezech. III. 9. Aqu. h Exod. IV. 25. Præterea legitur hæc vox apud Symmachum Amos VI. 12. πέτρα διὰ βοῶν, ubi ei nihil in textu Hebr. respondere videtur. Sed sunt inepto loco posita, ac πέτρα pertinet ad antecedens בַּסֶּלַע. Vetus Itala: *in petris equi*.

ΠΕ'ΤΡΑ 'ΑΚΡΟ'ΤΟΜΟΣ, *lapis acutissimus*. צוּר, *rupes*. Al. Jos. V. 2. ποίησόν σοι μαχαίρας ἐκ πέτρας ἀκροτόμου, fac tibi cultros ex lapide acutissimo. Sed verba ἐκ π. ἀ. sunt h. i l. aliena ; nam a Theodotione ἀκροτόμου, ab Aquila vero ἐκ πέτρας venit. Conf. v. ἀκρότομος, λαξευτήριον, σμυρίτης, et ψῆφος.

*ΠΕΤΡΙ'Α. Vox hæc desideratur in Thes. Bieliano, quæ tamen legitur apud Inc. Int. Ez. XXIV.

a 7. pro Hebr. סֶלַע, *petra*. Sed suspicor, Interpretem pro πετρίαν potius scripsisse λεωπετρίαν, ut ad צְחִיחַ סֶלַע pertineat, quod LXX quoque ita transtulerunt.

ΠΕ'ΤΡΙΝΟΣ, *lapideus*. צֹר, *rupes*. Jos. V. 2. μαχαίρας πετρίνας, ubi verba ἐκ πέτρας ἀκροτόμου, quæ in Cod. Vat. post verba μ. π. leguntur, aliunde eo venisse, fortassis ex Aquilæ
b versione alterum, alterum ex Theodotione, videntur. Legitur præterea apud Symm. Ex. IV. 25. ubi vox πέτρινον post ψῆφος mihi paululum suspecta est. Potest tamen ψῆφος πέτρινος verti: *lapis admodum acutus ac durus*, qualis est lapis petrarum s. ἀκρότομος, ut Theodot. expressit.

ΠΕΤΡΟΒΟ'ΛΟΣ, *qui lapides ejaculatur*, vel: *qui lapidibus impetit*,
c it. *funda, et prægrandis*. אַבְנֵי קֶלַע, *lapides fundæ*. Job. XLI. 20. ἥγηται πετροβόλον χόρτον, habet *fundam* pro gramine. Lex. Cyrilli MS. Brem. πετροβόλον, σφενδόνην.— אֶלְגָּבִישׁ, *grando immanis*. Ezech. XIII. 11. 13. λίθους πετροβόλους, lapides *prægrandes*.— מַעֲנָה, *jugerum*. 1 Sam. XIV. 14. ἐν βολίσι καὶ ἐν πετροβόλοις, jaculis et *fundis*. Sap. V. 22. ἐκ πετροβόλου
d θυμοῦ πλήρεις ῥιφήσονται χάλαζαι, ab ira *lapides jaculante* plenæ projicientur grandines.

ΠΕ'ΤΡΟΣ, *lapis et quidem majoris alicujus molis* (a πέτω, *vergo*, quia vergit pondere suo versus terram), *saxum*. אֶבֶן, idem. Al. Job. XLI. 20. πέτρους σφενδόνης, *lapides* fundæ. — צֹר. Exod. IV. 25. sec. Basil. Ed. Rom. πέτραν habet. Ps. LXXVII.
e 15. Conf. 2 Macc. I. 16. IV. 41. et Eurip. Medeam. v. 28. Hesychius: πέτρον, λίθον.

ΠΕΥ'ΚΗ, *pinus, abies*. בְּרוֹשׁ, *cupressus*. 1 Reg. V. 10. — לִבְנֶה, *populus alba*. Symm. Theod. Hos. IV. 13. ubi tamen pro πεύκην et πεύκης reponendum esse arbitror λεύκην et λεύκης, ut apud LXX ac Theodotionem legitur. — תִּדְהָר, *tæda*. Ies. LX. 13.

ΠΕΥ'ΚΙΝΟΣ, *pineus*. אַלְגּוּמִים plur. *ligna pinea* s. *thyina*, *cedri species*. 2 Par. II. 8. IX. 10. 11. — בְּרוֹשׁ, *cupressus*. 1 Reg. V. 8. VI. 15. 33. IX. 11. — שֶׁמֶן, *oleum*. 1 Reg. VI. 31. ξύλων πευκίνων. In textu Hebr. commemorantur *ligna oleosa*, quæ tamen alii de *pinu*, alii de *cupresso*, alii de *citro* explicant. Conf. Ol. Celsii Hierobotan. P. I. p. 309.

*ΠΕΦΡΑ'ΚΤΙΣΜΑ. גֹּדֵר, *sepiens*. Aqu. Ies. LVIII. 12. Hieronymus: "*Goder Pheres*, quod Aquila interpretatus est πεφράκτισμα χολῆς, quod nos possumus juxta sensum dicere: *qui se opponit Dei iracundiæ sævienti*." Montfauc. ad h. l.: "Versio Aquilæ omnino corrupta est in editis. Illud autem πεφράκτισμα χολῆς ab Erasmo excogitatum in alias exinde Hieronymi editiones manavit. Codex vetustissimus habet ΠΕΦΡΑΡΙΗΣ, quam vocem ne conjectura quidem restituere audemus, usque adeo vitiata est." Suspicor, Aquilam scripsisse πεφράσσων διακοπήν. Conf. P. Wesselingii Probab. c. 25. p. 218. Vide quoque s. v. περιφράκτισμα.

ΠΕ'ΨΙΣ, *coctio*, אֹפֶה, *coquus, pistor*. Hos. VII. 4. Lex. Cyrilli MS. Brem. et Gloss. MS. in Proph. πέψιν, ἀρτοποιΐαν. Schol. Iliad. Α'. v. 81. et Eustath. in Iliad. Α'. p. 29. 30.

ΠΗΓΗ', *fons, scaturigo*, et *qualiscunque humoris eruptio*. Vide Grotium ad Marc. IV. 29. אֵד (pro אֵיד), *vapor*. Gen. II. 6. Michaëlis in Suppl. ad Lex. Hebr. P. IV. p. 1657. suspicatur, transtulisse illos notionem Arab. ودى, quod *fluvium* significat, in Hebr. יאר ob soni

imilitudinem. — אָפִיק, *alveus.* Ps. XVII. 17. XLI. 1. Adde Inc. 2 Sam. XXII. 6. — *יֵמִים, *muli.* Syrus Gen. XXXVI. 24. Legerunt יָמִים. Etiam reliqui vocem Hebr. expresserunt ἰαμείμ. — *יָם, *mare.* Symm. Job. XXXVIII. 16. ἕως συνοχῆς πηγῆς, ubi vel πηγῆς in θαλάσσης mutandum est, vel πηγῆς e versione Alex. in Symmachi translationem scholii loco transiit, quia συνοχὴ h. l. *fontem* significare videtur. Vide s. συνοχή. — מַבּוּעַ, *scaturigo.* Cohel. XII. 6. Ies. XXXV. 7. XLIX. 10. — מוֹצָא מַיִם, *egressus aquarum.* Ies. LVIII. 11. — מְעוֹן, *Meon,* nomen propr. loci. Ez. XXV. 9. Legerunt מֵעַל מַעְיָן. — מַעְיָן. Genes. VII. 11. VIII. 2. Levit. XI. 36. et alibi. — מָקוֹר, *scaturigo.* Levit. XX. 18. Psalm. XXXV. 10. Jer. IX. 1. Postremo loco ita: τίς δώσει τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πηγὴν δακρύων; utinam quis daret oculis meis fontem lacrymarum, h. e. *multas* lacrymas. Ita Sophocles Electr. v. 888. πηγὰς γάλακτος dixit πολὺ γάλα, *lac copiosum,* ut interpretatur Scholiastes, qui etiam addit: ὡς τὸ δακρύων πηγὰς ἀντὶ τοῦ, πολλὰ δάκρυα. — *נִבְכֵי part. plur. Niph. a בָּכָה, *fletus.* Al. Job. XXXVIII. 16. πηγὴν θαλάσσης. Vox נִבְכֵי non est ibi per *fletus* reddenda, sed per *perplexitates, implicationes,* a בּוּךְ s. אָבַךְ, ut נִבְכֵי יָם sit *fons* s. *scaturigo maris,* quia et scaturigo arcta esse solet, aut, quod mallem, confugiendum erit ad Arabismum, in quo נבך *rumpere, findere* notat. Confer Schultensii Opera Min. p. 60. seq. Vulgatus transtulit: *profunda maris,* ubi mihi loco πηγὴν legisse videtur τὴν γῆν, ut Alex. Ald. et Compl. habent. Nam *terra maris* notat *profunda maris.* Alii statuunt, LXX legisse נִבְעֵי, nam נָבַע est *scaturire.* — עַיִן, *oculus,* it. *fons.* Gen. XIV. 7. XVI. 7. Deut. XXXIII. 28. sec. Compl. Adde Aqu. Symm. et Syr. 1 Reg. I. 9. *f*
Baruch. III. 12. ubi lex divina ἡ πηγὴ τῆς σοφίας dicitur, *fons veræ sapientiæ.* Vide alibi ἄβυσσος et φρέαρ.

ΠΗ͂ΓΜΑ, *compactum, coagmentatum.* נֵד, *acervus.* Jos. III. 16. Adde 4 Maccab. IX. 21. τὸ τῶν ὀστέων πῆγμα, carnium *compages.*

ΠΗΓΝΥ͂Ω et ΠΗ͂ΓΝΥΜΙ, *figo, infigo, compingo, concrescere facio,* *g*
congelo, coagulo, formo, denso, solidum reddo, induro, extendo, suspendo. אִתְמְחָא Chald. Ithpeh. ab Hebr. מָחָה, *aboleor.* Esdr. VI. 11. παγήσεται ἐπ' αὐτοῦ, *suspendetur* in illo. Bene quoad sensum. — הִשְׁכִּין Hiph. *habitare facio.* Jos. XVIII. 1. ἔπηξαν ἐκεῖ τὴν σκηνήν. הִשְׁכִּין h. l. est *sedem fixam assignare.* — הִתְלַכֵּד Hithp. *concresco.* Al. Job. XXXVIII. *h*
30. πήγνυται. Ita quoque Hebræus et Inc. Int. Vulgat. *constringitur.* Arab. لكد proprie significat *visco* vel *glutine cepit,* et in Conjug. Vta *conjunctis partibus fuit,* quod bene convenit Gr. πηγνύειν, *condensare, constringere.* — הֹלַל Pyh. a חוּל, *formatus sum.* Job. XV. 7. ἢ πρὸ κτηνῶν ἐπάγης; vel num ante bestias *formatus es?* — טָבַע, *demergor, de-* *i*
figor. Job. XXXVIII. 6. ἐπὶ τίνος οἱ κρίκοι αὐτῆς πεπήγασι; super quo circuli ejus *solidati sunt?* — יָצוּק, *firmum.* Job. XLI. 16. ἡ καρδία αὐτοῦ πέπηγεν, ὡς λίθος, cor ejus *induratum est,* tanquam lapis. — נָטָה: הִטָּה, Kal et Hiph. *extendo.* Gen. XXVI. 25. ἔπηξεν ἐκεῖ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ, *fixit* ibi tentorium suum. Vide et Gen. XXXV. 21. Ex. XXXIII. 7. 1 Par.

a XVI. 1. et conf. Hebr. VIII. 2. 2 Sam. XXI. 10. sec. Vat. Ies. XLII. 5. ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, καὶ πήξας αὐτὸν, *faciens* cœlum, et *extendens* illum. Apud Hesychium πῆξας exponitur στήσας, βαλὼν, κατασκευάσας. Ies. LIV. 2. τὰς δέῤῥεις τῶν αὐλαίων σου πῆξον, pelles aulæorum tuorum *extende*. Al. 2 Sam. XXI. 10. καὶ ἔπηξεν (σάκκον) αὐτῇ πρὸς
b πέτραν, et *stitit* sibi (saccum) ad petram. Hesych. ἔπηξεν, ἔστησεν. — נָטַע, *planto*. Num. XXIV. 6. Dan. XI. 45. Theod. Cohel. XII. 11. ἧλοι πεπηγότες, clavi *infixi*. Vulg. *defixi*. — נִצַּב Niph. a יָצַב, *sto*. Ex. XV. 8. ἐπάγη ὡσεὶ τεῖχος τὰ ὕδατα, *solidatæ sunt* aquæ tanquam murus.—עָשָׂה, *facio*. Al. 1 Par. XV. 1. ἔπηξεν. — צָפַד, *adhæreo*. Thren. IV. 8. ἐπάγη
c δέρμα αὐτῶν ἐπὶ τὰ ὀστᾶ αὐτῶν, *consolidata est* pellis eorum super ossa illorum. Vox Hebr. in l. Arab. notat *constringere*: nempe quæ adhærent, videntur quasi constricta. — קָפָא : הִקְפִּיא, Kal et Hiph. *concresco, coagulo*. Exod. XV. 8. ἐπάγη τὰ κύματα ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης, *concreti* sunt fluctus in medio maris. Confer Job. VI. 16. Sirac. XLIII.
d 24. Hesych. ἐπάγη, ἐστερεώθη, ἐπήχθη, ἐνεφυτεύθη, συνεπλάσθη, ἐγένετο, ὅθεν καὶ αἱματοπηγὸς λέγεται. Aqu. et LXX Job. X. 10. ἔπηξας δέ με ἴσα τυρῷ, *coagulasti* me, tanquam caseum. Confer Sap. VII. 2. — תָּקַע. Jud. IV. 21. ἔπηξε sec. Vatic. 2 Sam. XVIII. 14. ἐπῆξεν αὐτὰ ἐν τῇ καρδίᾳ Ἀβεσσαλώμ, *infixit* illa in cor Absalomi. Al. 1 Sam. X. 10. τὴν κεφαλὴν
e αὐτοῦ ἔπηξαν, caput ejus *suspenderunt*. De congelatione fructus in utero matris dicitur (ut Lat. *coagulum* apud Gellium N. A. III. 16.) Sap. VII. 2. παγεὶς ἐκ σπέρματος ἀνδρός. Sir. XXXVIII. 28. πήξει, *durabunt*. Sed est hæc falsa lectio. Scribendum est τήξει, *liquefaciet*.

*ΠΗΔΑΛΙΟΥΧΕ'Ω, *gubernaculum teneo, ad clavum navis sedeo, guberno*. 4 Macc. VII. 1. πηδαλιουχῶν τὴν τῆς εὐσεβείας ναῦν. Zonaras Lex. col. 1547. πηδαλιουχῶν, κυβερνῶν. Vide quoque Hesychium, ibique Intt.

ΠΗΔΑ'Ω, *salio, salto*. דָּלַג, idem. Cant. II. 8. — נָתַר, *salio, subsilio*. Levit. XI. 21.

ΠΗ'ΛΙΝΟΣ, *luteus, cœnosus, ex luto factus*. חֹמֶר, *lutum*. Symm. et LXX Job. IV. 19. XIII. 12. — חֲסַף Chald. *testa*. Dan. II. 43. sec. g
cod. Chis. — *טִינָא, *lutum*. Alex. Dan. II. 41.

ΠΗ'ΛΙΟΝ, vel potius πῖλιον, *pileus*. מִצְנֶפֶת, *tiara, fascia*. Samaritan. Exod. XXVIII. 4. ubi vid. Montfauc. Item πήλια idem Samaritan. Levit. VIII. 8. 9. (ubi vid. Scharfenbergius.) Ex. XXVIII. 39. Πήλιον ibi dici pro πίλιον, et in Origenis Philosophumenis hanc vocem h
legi, docet Montf. Lex. ad Hexapla Origen.

ΠΗΛΟ'Σ, *lutum, cœnum*. דִּמְנָה, *fimus, sterquilinium*. Symm. Ies. XXV. 10. — חֹמֶר. Genes. XI. 3. ἄσφαλτος ἦν αὐτοῖς ὁ πηλὸς, bitumen erat illis lutum, h. e. pro luto vel cæmento. Job. X. 9. Ies. XXIX. 16. Job. XXXVIII. 14. λαβὼν γῆν πηλόν. Duplex hic interpretatio vocis חֹמֶר coaluit, unde postea pro i
γῆν πηλὸν in aliis exemplaribus exstitit γῆς πηλόν. — טִיט. 2 Sam. XXII. 43. Psalm. XVII. 46. Aqu. Symm. Theod. Ies. LVII. 20. — עָפָר, *pulvis*. Job. IV. 19. — תָּפֵל, *cæmentum inconditum*. Hebr. Ezech. XIII. 10. πηλῷ ἄνευ ἀχύρου. — Vide alibi βάραθρον.

*ΠΗΛΟΥΡΓΟ'Σ, *qui e luto vasa fictilia conficit, figulus, qui in* πηλῷ *operatur*. Formatum est ut χρυσουργὸς et alia. Sap. XV. 7. ubi explicatur ita: ὁ ἐκ τοῦ πηλοῦ ἀναπλάσσων. Lucian. Prometh. T. I. p. 26. ed.

eita. οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς χυτρέας καὶ ἰπνοποιοὺς καὶ πάντας, ὅσοι πηλουργοί, Προμηθέας ἀπεκάλουν.

ΠΗ͂ΞΙΣ, *coagmentatio, congelatio, fixio, impactio.* Sirac. XLI. 24. πῆξις ἀγκῶνος, *fixio cubiti.* Grotius vertit *decubitum.*

ΠΗ΄ΡΑ, *pera, saccus.* כְּלִי, *vas.* Symm. 1 Sam. XVII. 40. — צִקְלוֹן, *luma.* 2 Reg. IV. 42. Judith. X. . XIII. 11. 17. In omnibus his locis πήρα non est *pera* seu *saccus* simpliciter, sed *in quo commeatus et alia necessaria recondi solent, et quam inprimis iter facientes gestare solebant,* et hoc respectu differt a βαλάντιον, quod *crumenam* notat, *cui immittitur pecunia.*

ΠΗΡΟ΄Ω, ῶ, *cæco, excæco.* כָּהָה, *caligo.* Al. Job. XVII. 7. πεπήρωνται γὰρ ἀπὸ ὀργῆς οἱ ὀφθαλμοί μου, *cæcati enim sunt ab ira oculi mei.* Josephus Lib. VI. de B. J. c. 16. Lex. Vet. πηρῶ, *cæco,* πηρὸς, *cæcus, orbus.* Vide Drusium ad Job. l. c.

ΠΗ΄ΡΩΣΙΣ, *excæcatio.* עִוָּרוֹן, *cæcitas.* Inc. Deut. XXVIII. 28. Suidas: πήρωσις, τύφλωσις.

*ΠΗΧΙ΄ΖΩ, *cubito dimetior.* אַמָּה. Symm. Ezech. XLIII. 13. πήχισμα πεπηχισμένον, cubitalis dimensio cubito dimensa. Ignorant hanc vocem Lexica Græca. Formatum tamen inde est substantivum πήχισμα.

ΠΗ΄ΧΙΣΜΑ, *mensura cubitalis, cubitalis dimensio.* אַמָּה, *cubitus,* et mensura, ut Lat. *cubitus* et *ulna.* Symm. Ezech. XLIII. 15.

*ΠΗ͂ΧΜΑ (forte scribendum πήχισμα), *cubitalis dimensio* aut *mensura.* אַמָּה, *cubitus,* et mensura, ut Lat. *cubitus* et *ulna.* Aqu. Ezech. XLIII. 15.

ΠΗ͂ΧΥΣ, *cubitus.* אַמָּה. Genes. VI. 15. 16. VII. 20. Exod. XXV. 10. et alibi sæpius. Aqu. Theod. 1 Reg. VI. 17. בְּאַמָּה, *in cubito,* πηχῶν, ubi vid. Montfauc. Aquila 2 Sam. VIII. 1. sec. cod. Coislin. τὸν χαλινὸν τοῦ πήχεως. De variis h. l. f explicationibus vide Glassii Philologiam Sacr. p. 781. seq. — אַמִּין Chald. plur. Esdr. VI. 3. Dan. III. 1. — גְּבוּל, *terminus.* Ezech. XL. 13. N. L. — יָד, *manus.* Proverb. XXXI. 19. Variationis causa hic πήχεις pro χεῖρας posuerunt. — קָנֶה, *calamus.* Ezech. XLII. 17. 18. Sermo hic est de *calamo mensorio.* Judith. I. 4. πηχῶν. Vulg. *portas,* g ubi πύργων cum πηχῶν permutasse videtur.

ΠΙΑ΄ΖΩ, (forma proprie *Dorica* et *Ionica,* recepta quoque in usum communem, pro πιέζω. Utraque forma reperitur in editt. Herodoti, illa Lib. IV. c. 11. hæc Lib. IX. c. 59. 60. Adde Eustath. ad Od. H', pag. 276.) *capio, prehendo.* אָחַז, idem. Cant. II. 15. πιάσατε ἡμῖν ἀλώπεκας, *capite* nobis vulpes.—הֵבִיא Hiph. h a בּוֹא, *venire facio.* Inc. Gen. XIX. 10. ἐπίασαν, *comprehenderunt.* Fortasse ibi legendum est ἔσπασαν vel ἐσπάσαντο. — צוּד, *venor.* Al. Job. X. 16. πιάσεις. Confer Apoc. XIX. 20. Sirac. XXIII. 28. πιασθήσεται. Conf. Joh. VIII. 20.

ΠΙΑΙ΄ΝΩ, *pinguefacio, pinguem et obesum reddo.* דָּשֵׁן, Kal, Pih. et Pyh. Ps. XIX. 3. τὸ ὁλοκαύτωμά σου πιανάτω, holocaustum tuum *pinguefaciat:* ubi Schol. στεασάτω, φαιδρυνάτω, *adipe abundet, nitidum reddat.* i At apud Suidam πιανάτω exponitur πίονα ποιήσει (e versione Symmachi, ut opinor), et apud Hesychium λιπανάτω. Prov. XVI. 2. φήμη δὲ ἀγαθὴ πιαίνει ὀστᾶ, fama autem bona *impinguat* ossa. Hesychius: πιαίνει (Sic enim scribendum e Lex. Cyrilli MS. Brem. et Phavorino pro πιαίνει), στεύει, λιπαίνει. Aqu. Deut. XXI. 20. πιανθήσονται. Aqu. Symm. Theod. Prov. XI. 25. πιανθήσεται.

a — הֶחֱלִיץ Hiph. *expeditum reddo.* Ies. LVIII. 11. ὀστᾶ σου πιανθήσονται. Bene quoad sensum. — רָעַף, *stillo.* Ps. LXIV. 13. Vox Hebraica de ubertate et abundantia omnis generis dicitur. — שָׁתַל, *planto.* Ezech. XVII. 8. 10. Videntur שְׁתוּלָה divisisse in duo, quasi שְׁתוּ לָהּ, *potans sibi*, a שָׁתָה, *bibere.* Planta enim cum bibit terræ humorem,
b pinguescit inde. Ita Cappellus in Notis Critt. ad h. l. p. 549. Πιαίνω quoque refertur ad arbores, quæ, ut Scapula monuit, δένδρα πίονα dicuntur. Vide quoque s. εὐθηνέω. Sir. XXVI. 15. τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ (scil. ἀνδρὸς) πιανεῖ ἡ ἐπιστήμη αὐτῆς, scil. γυναικός: ubi πιαίνειν est i. q. τέρπειν in antecedente membro, adeoque *oblectare* notat. Confer Jacobs in
c Anthol. Gr. Tom. XI. p. 55. Conf. supra Prov. XVI. 2. Πιαίνειν pro *implere*, *replere* legitur apud Æschyl. Agamemn. v. 286. et metaphorice pro *fovere* apud Plutarchum de Discrim. Amici et Adul. c. 29.

ΠΙΕ´ΖΩ, *premo.* דָּרַךְ, *calco.* Mich. VI. 15. σὺ πιέσεις ἐλαίαν. Calcando premuntur uvæ.

ΠΙ´ΘΗΚΟΣ, *simia.* קוֹף. 1 Reg.
d X. 23. 2 Par. IX. 21.

ΠΙ´ΘΟΣ, *dolium.* שׁוּחָה, *fovea.* Prov. XXIII. 27. πίθος τετρημένος. Proverbium Græcum (de quo Erasmus Adag. I. 10. 33. bene egit), quo h. l. libere vertentes usi sunt sensu fere eodem. In utraque imagine latet notio *animi insatiabilis.*

ΠΙΚΡΑΙ´ΝΩ, *exacerbo, irrito, acerbo dolore afficio.* הִכְעִים Hiph. Jer.
e XXXII. 32. — הֵמַר Hiph. a מָרַר. Ruth. I. 20. ἐπικράνθη ἐν ἐμοί, *exacerbatus est* adversus me. Job. XXVII. 2. ὁ πικράνας μου τὴν ψυχήν, qui *acerbo dolore affecit* animam meam. — *מֶמֶר, *mœror*, vel potius *res, ob quam quis mœret.* Aqu. Prov. XVII. 25. πικραίνων, *dolore afficiens.* Habuit pro participio Hiphil. — *פָּרַךְ. Inc. Exod. I. 10. παρεπίκραναν. — מַר, *amaritudo.* Ruth. I. 13. ἐπικράνθη μοι σφόδρα ὑπὲρ ὑμᾶς, *acerbissimo dolore angor* propter vos. Thren. I. 5. αὕτη πικραινομένη ἐν ἑαυτῇ, ipsa *acerbo dolore cruciata.* Schol. Theocriti Idyll. V. 120. πικραίνεται, λυπεῖται, πικρίαν ἔχει πνεύματος. — קָצַף, *effervesco.* Exod. XVI. 20. ἐπικράνθη Μωϋσῆς ἐπ' αὐτούς, *exacerbatus* est Moses in illos. Vide et Jerem. XXXVII. 14. et conf. 3 Esdr. IV.
f 31. — רָגַז, *contremisco.* Ies. XIV. 9. Jer. XXXIII. 9. Scilicet רָגַז etiam de *commotione animi ad iram* adhibetur. Vide Simonis Lexic. Hebr. p. 1489. Sir. XXXVIII. 18. πίκρανον κλαυθμόν, *acerbe luge.* 1 Macc. III. 7. ἐπίκρανε βασιλεῖς πολλούς, *acerbo dolore* affecit seu offendit ac læsit reges multos. Opponitur ibi εὐφραίνειν.

ΠΙΚΡΑΣΜΟ´Σ, *exacerbatio, amaritudo.* כִּמְרִירִים plur. *nigredines* (a כָּמַר, at alii legunt מְרִירִים cum בְּ præfixo, aut כְּ similitudinis). Aquila et LXX Job. III. 5. ὡς πικρασμοί. In Hexaplis a Montfauconio editis partim in textu partim in nota subjecta legitur quidem πικραμμοί, sed vitiose pro πικρασμοί. — *כַּעַס, *indignatio.* Symm. Ps. VI. 8. ubi vel *indignationem*, vel *ægritudinem animi ac dolorem* notat. — *מֶמֶר, *mœror*, vel potius *res, ob quam quis mœret.* Symm. Prov. XVII. 25. Vulgatus: *dolor.* LXX ὀδύνη. — מַסָּה, nomen propr. Ps. XCIV. 8. sec. cod. Vat. Sed loco πικρασμοῦ legendum ibi sine dubio est πειρασμοῦ. — מַר. Ezech. XXVII. 31. — רֹאשׁ. Symm. Ps. CXXXIX. 10. Respexit notionem *veneni*, quam vox Hebr. quandoque habet.

ΠΙΚΡΙ´Α, *amaritudo, amarulen-*

tia, acerbitas animi, dolor acerbus. זַעַם, *indignatio.* Jer. XV. 17. — זָר, *alienus.* Ies. XXVIII. 21. Libere transtulerunt. — לַעֲנָה, *absinthium.* Deut. XXIX. 18. Thren. III. 19. Amos VI. 12. Symmach. Jer. XXIII. 15. — מַמְאִיר part. Hiph. *dolorificus.* Ezech. XXVIII. 24. Explicant ex מָרַר vel legunt מַמְרִיר. — מְרוֹרִים plur. Job.
b IX. 18. — *מַר. Job. VII. 11. X. 1. XXI. 25. ὁ δὲ τελευτᾷ ὑπὸ πικρίας ψυχῆς, ille autem moritur præ *acerbo animi dolore.* Conf. Sir. VII. 12. XXXI. 34. — מָרָא, nomen proprium. Incert. Ruth. I. 20. — מִרְמָה, *dolus.* Ps. IX. 29. Legerunt מְרוֹת, extrito מ, a rad. מָרָה vel מָרַר. Conf. Rom. III. 14. et ad h. l. Raphelii Annotatt. Polyb.
c p. 425. — מְרֹרִים plur. masc. Inc. ac LXX Thren. III. 15. — מְרֹרוֹת plur. fœm. Deut. XXXII. 32. — סוּרִים plur. *degeneres.* Jer. II. 21. Sermo ibi est de vinea. Nonnullis legisse videntur מְרִי. — עֲבֹדָה, *opus.* Al. Ies. XXVIII. 21. Ita Bielius. Sed πικρίας ibi pertinet ad זָר et עֲבֹדָה per ἔργον exprimitur. — עָמֵל, *ærumnosus.* Job. III. 20.
d — שַׁאֲנָן, *tumultuatio.* Ies. XXXVII. 29. Libere verterunt, ac πικρία explicandum est de *acerbitate, qua alios tractamus,* quemadmodum vox Hebr. *fastum cum insolentia conjunctum* denotat. Sir. IV. 6. πικρία ψυχῆς, *indignatio duritia concitata.* Sir. XXI. 13. πικρία, *rebellio.* Aliis h. l. est *malitia, peccatum,* sed præferenda est lectio παιδεία, quam
e Compl. habet.

ΠΙΚΡΙ'Σ, *herba ab amaritudine dicta,* quam Latini *intybum* (*intubum*) *sylvestre* (Plin. H. N. XIX. 8. Lat. Int. Aristot. Hist. Anim. IX. 6. Dioscorid. Lib. II. c. 125.), aut *cichoreum agreste* vocant, et σέρεως species Theophr. Lib. VII. Hist. Plant. cap. 11. Dioscor. II. 121. מְרֹרִים plur. *amaritudines.* Exod. XII. 8. ἐπὶ πικρίδων ἔδονται, cum intybis sylvestribus edent. Vulgat. f
lactucas agrestes. Vide et Num. IX. 11. Dioscorides Lib. II. c. 160. Σέρις διοσή· ὧν ἡ μὲν ἀγρία πικρίς, ἡ καὶ κιχώριον καλουμένη. Suidas: Σέῤῥεις (leg. Σέρεις), εἶδος λαχάνων, τὰ παρ' ἡμῖν σείρικα λεγόμενα. αἱ πικρίδες παρ' ἄλλοις, ἢ μᾶλλον τἀληθέστερον εἰπεῖν, μαχηδονήσια. Vide Bonfrerium ad Exod. l. c. p. 402. seq. et Hillerum g
Hierophyt. P. II. c. 12. p. 56.

ΠΙΚΡΟ'Σ, *amarus, amarulentus, acerbus, molestus.* מְרִי, *ex quo.* Jer. XX. 8. πικρῷ λόγῳ γελάσομαι. Legerunt כִּי מַר דִּבְרִי אֶשְׂחַק. — מָרָה: מַר. Gen. XXVII. 34. ἀνεβόησε φωνὴν μεγάλην καὶ πικρὰν σφόδρα, exclamabat voce magna et valde *lugubri.* Vide et Soph. I. 16. Ez. XXVII. 30. 31. 1 Sam. XV. 32. h
εἰ οὕτω πικρὸς ὁ θάνατος; num ita amara est mors? Conf. Sir. XLI. 1. Psalm. LXIII. 3. πρᾶγμα πικρὸν, rem amaram. Sermo ibi esse videtur de telis et sagittis dolores atrociores, immo et mortem tristem adferentibus. Homerus Il. Δ', 118. πικρὸν ὀϊστὸν dixit. Jer. II. 19. πικρόν σοι τὸ καταλιπεῖν σε ἐμὲ, amarum tibi, quod tu me dereliqueris, h. e. *puniet* te tua improbitas. Jer. IV. 18. i
αὕτη ἡ κακία σου, ὅτι πικρὰ, hæc malitia tua, quia amara. Al. Jud. XVIII. 25. ἄνδρες πικροὶ ψυχῇ, viri amarulento (h. e. *infesto.* Confer. Jacobs in Anthol. Gr. Tom. VIII. p. 345. et IX. p. 34.) animo. Sic Theocritus Idyll. Α', 17. de Pane: — — ἔντι γε πικρὸς, καί οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται. Confer et κατάπικρος. — מֹרָה. 2 Reg. XIV. 26. — *עַז, *fortis.* Jud. XIV. 14. sec. cod. Oxon. Sc. πικρὸς quando-

a que metaphorice notat *omnem, qui alicui ulla aliqua ratione molestus est et aliis nocet,* in qua significatione auctor hujus versionis voce πικρὸς ideo usus est, quia opponitur τῷ γλυκύ. — רֹאשׁ, *fel.* Jer. XXIII. 15. Sir. XXX. 16. κρείσσων θάνατος ὑπὲρ ζωὴν πικρὰν, ubi ζωὴν πικρὰν *vitam* vocat, *quæ curæ et sollicitudinis plena est.* Syrus: *vita mala s. in-*
b *felix.* Sic et apud Arabas *amarum* de *re adversa* dicitur, v. c. in Historia Timuri T. I. p. 62. ed. Mangeri, et ib. c. 61. ubi diabolus pater *amaritatis* h. e. *infelicitatis* auctor dicitur. Elmacin. Hist. Saracen. p. 205. Eodem modo et Græci et Latini scriptores dicere solent. Vide Horat. I. Od. XVI. 26. Ovid. Trist. V. 415. Æschyl. Prometh. Vinct.
c v. 943. Homer. Iliad. V. 99. ac Glassii Philol. Sacr. p. 1172. ed. Dathii. 4 Macc. VI. 8. πικρὸς est *crudelis.*

ΠΙΚΡΟ'Σ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *amarus fio.* נָמַר Niph. a מָרַר. Ies. XXIV. 9.

ΠΙΚΡΟ'ΤΕΡΟΣ, compar. *amarior.* מַר, *amarus.* Prov. V. 4. ubi post מָרָה sequitur כ similitudinis. Coh. VII. 27. 4 Macc. VI. 16. πικρότερον,
d *acerbius.*

ΠΙΚΡΩ~Σ, *amare,* etiam *acriter, omnibus viribus* (Menand. Fragm. p. 4. v. 9. συνέπραττον ἀλλήλοις πικρῶς, se invicem *acriter* adjuvarent). מַר. Ies. XXXIII. 7. πικρῶς κλαίοντες, *amare flentes.* — מָרַר Pih. *amarum reddo.* Ies. XXII. 4. πικρῶς κλαύσομαι, *amare flebo.* Confer Luc. XXII. 62. Similiter Aristænetus
e Lib. I. Ep. 22. δεδακρυμένη πικρῶς. Et Homerus Odyss. Δ', v. 153. — πικρὸν ὑπ' ὀφρύσι δάκρυον εἶβε, amaras a palpebris lacrymas stillabat. Vid. Alberti ad Luc. l. c. p. 160. — מְרָתַיִם, *Merathaim,* nomen regionis in Assyria. Jer. L. 21. ἐπὶ τῆς γῆς πικρῶς ἐπίβηθι ἐπ' αὐτόν. Hic forte legerunt מְרִירוּת, aut potius deduxerunt a מָרַר, *amarus fuit.* Præterea legitur Dan. II. 15. sec. cod. Chis. pro Chald. מְהַחְצְפָה *festinans,* seu *festinat,* περὶ τίνος δογματίζεται πικρῶς παρὰ τοῦ βασιλέως. Theodot. ἡ γνώμη ἡ ἀναιδής. Utrumque vocabulum ἀναιδὴς et πικρὸν notat h. l. *durum* et *crudele,* et bene respondet Chald. חֲצַף, quod inter alia etiam notat *crudelem esse et inhumanum.* 2 Macc. VII. 39. πικρῶς φέρων ἐπὶ τῷ μυκτηρισμῷ, *indigne fe-* g
rens illusionem. 4 Macc. VI. 1. *crudelissime.*

ΠΙΛΕ'Ω, *denso, cogo, constipo, coarcto more τῶν πιλωτικῶν, comprimo, constringo.* רָקַע, *tundo, calco:* etiam *tundendo et calcando constipo, adeoque firmo.* Al. Psalm. CXXXV. 6. πιλήσαντι τὴν γῆν, terram *comprimenti,* seu *fundanti:* ubi quidam codices habent στερεώσαντι. Conf. Fulleri h
Miscell. SS. Lib. I. c. 6. p. 53. seq. Lexic. Cyrilli MS. Brem. πιλῆσαι, σφίγξαι, πιλῶσαι. Suidas: πιληθέντα, πυκνωθέντα. Vide quoque Etymol. M. s. πεπιλημένος.

ΠΙ'ΛΟΣ, *pileus, indumentum e lana et villis compactum.* מִצְנֶפֶת, *cidaris, mitra.* Incert. Exod. XXVIII. 39. Suidas: πῖλος· κόσμος περικεφάλαιος, ὃν οἱ μὲν κυρβασίαν, οἱ δὲ τιάραν, ἄλλοι δὲ κίδαριν καλοῦσιν. Confer Feithii Antiqu. Homer. Lib. III. cap. 7. §. 1.

ΠΙΜΕΛΕ'ΟΜΑΙ, *pinguesco.* הִבְרִיא Hiph. *sagino.* Incertus (sine dubio Aquila) 1 Sam. II. 31. πιμελοῦσθαι. Conf. Aqu. Jud. III. 17.

ΠΙΜΕΛΗ', *pinguedo.* פִּימָה, *pinguedo, obesitas.* Symm. Job. XV. 27. πιμελήν. LXX περιστόμιον. Olym- i
piodorus ad h. l. ὁ Ἑβρ. — ἀντὶ δὲ τοῦ περιστόμιον, πιμελὴν καὶ διπλοΐδα: ubi quilibet videt coaluisse hic duas versiones. Admodum autem probabile est πιμελὴν esse Symmachi versionem et Hebræum Int. tantum διπλοΐδα scripsisse. Certe in proxi-

ne sequenti nota hexaplari πιμελή diserte Symmacho tribuitur. Hesychius: πιμελή, στέαρ, πιότης, λίπος. Suidas: πιμελή, πάχος, λιπαρότης. Πιμελὴ τῶν ἱερείων occurrit apud Josephum A. J. VIII. 9. p. 446.

ΠΙΜΕΛΗ'Σ, *pinguis, obesus.* בָּרִיא idem. Aquila Jud. III. 17. — עֲבוֹת, sing. *contortus funis.* Aquila Psalm. CXVII. 27. πιμελέσι. N. L. Hesychius: πιμελής, εὐτραφής, λιπαρός.

ΠΙ'ΜΠΛΗΜΙ, *impleo, repleo.* מָלֵא verbum. Prov. III. 10. — שָׂבָע, *satio.* Prov. XVIII. 20. Vide et Sirac. XXIV. 26.

ΠΙΝΑΚΙ'ΔΙΟΝ, *tabella.* קֶסֶת, *omnis supellex scribæ*, ex usu l. Arab. Symm. Ezech. IX. 2. Vid. Casaub. ad Athen. pag. 875. Conf. Luc. I. 63. et Lexic. N. T. s. h. v.

ΠΙ'ΝΝΙΝΟΣ vel ΠΙ'ΝΝΙΝΟΣ ΛΙ'ΘΟΣ, *pininus* vel *pinninus lapis, margarita*, a πίνα vel πίννα, *conchæ margaritiferæ genus*, q. d. *conchæ istius colorem aut formam referens.* Conf. Bocharti Hieroz. P. II. Lib. V. cap. 6. pag. 681. et cap. VIII. p. 71. ubi vid. Rosenmüllerus. Occurrit Esth. I. 7. καὶ πινίνου καὶ παρίνου λίθου, ubi tamen incertum est,
i utrum ad שֵׁשׁ contracte ex שַׁיִשׁ, *marmor*, an vero ad דַּר, *parius*, referendum sit. Vide ad h. l. Opuscula Critica p. 149. Fortasse quoque πιννίνου est ipsum Hebr. nomen בַּהַט profectum eo aliunde. Gloss. Cyrilli habet: πίνινον, *marinum.* Conf. quoque Scheuchzeri Jobi-Physicam Sacram p. 210., qui quoque monuit, πίννα convenire cum voce פְּנִין.

e ΠΙ'ΝΩ, *bibo.* הִשְׁקָה Hiph. *bibendum do.* 2 Paral. XXVIII. 15. Ita Bielius et Trommius. Sed ibi non πίνειν, sed διδόναι πιεῖν voci Hebraicæ respondet. — חוּשׁ, *festino.* Cohel. II. 25. τίς πίεται; Vulgat. *deliciis affluet.* Scilicet חוּשׁ notat quoque *sensibus frui*, ut in vett. Commentariis explicatur, quod h. l. quoque postulat אָכַל in membro parallelo, et admittit usus l. Chald. f
Nonnullis placuit, יָחוּשׁ mutandum esse in יִשְׁתֶּה. Alii contulerunt Ar. حاس, quod *commiscere* notat, et est proprium de vino. Cæterum cum versione LXX Intt. conveniunt quoque Syrus et Arabs. — לֶחֶם, *panis.* Gen. XXXI. 54. καὶ ἔφαγον καὶ ἔπιον. Ita transtulerunt fortasse ex aliis SS. locis, ubi hæc formula occurrit, aut לֶחֶם in notione ge- g
neraliore acceperunt, e qua de *nutrimentis omnis generis* dicitur, quemadmodum אָכַל in universum *frui* notat. — *מְמֻחָיִם, *medullati.* Ies. XXV. 6. πίονται εὐφροσύνην: ubi Cappello in Notis Critt. ad h. l. p. 511. loco מְמֻחָיִם legisse videntur מְמֻצִּים a מָצָה, *sugere, exsugere*, quæ significatio proxime accedit ad *bibendi* notionem, coll. Psalm. h
LXXV. 9. Ies. LI. 17. ubi cum שָׁתָה jungitur, tanquam ejus synonymum. — *מְזֻקָּקִים, *colati, purgati.* Ies. XXV. 6. πίονται οἶνον. Vox Hebr. etiam alibi a LXX redditur per χεῖν et ἐγχεῖν, *fundere, infundere.* Funditur autem s. infunditur vinum poculo, ut inde bibatur. — מִשְׁתֶּה, *potio, convivium.* Ies. V. 12. Videntur legisse שָׁתוּ. Huc
etiam a Trommio atque Bielio re- i
fertur locus Ies. XXV. 6. ubi legitur πίονται εὐφροσύνην, πίονται οἶνον, quæ verba tamen, ut supra jam observatum est, cum sequentibus componere studuit Cappellus l. l., statuens, post ἐπὶ τὸ ὄρος τοῦτο excidisse verba: πότον εὐφροσύνης, πότον οἴνου. Adde Dan. I. 5. sec. cod. Chis. — נָשַׁת, *deficio.* Ies. XIX. 5. πίονται. Deduxerunt a שָׁתָה cum Aquila, qui voce ἀναπίνω h. l. usus est. —

a *עָשָׂה, *facio.* Ies. VII. 22. ubi tamen pro πιεῖν γάλα Cappellus legere mavult ποιεῖν γάλα, ut in Alex. et Complut. legitur. Facilis quidem est ex isto transitus in illud, fieri tamen potuit, ut interpres sensum formulæ Hebr. non intellegens pro lubitu πιεῖν posuerit, aut vere שְׁתוֹת pro עֲשׂוֹת legerit. — רָעֵב, *famelicus.* Ies. XXIX. 8. Libere verte-
b runt. — שָׁתָה. Gen. IX. 21. ἔπιον ἐκ τοῦ οἴνου, bibebat ex vino. Deut. XI. 11. γῆ ὀρεινὴ καὶ πεδινὴ, ἐκ τοῦ ὑετοῦ τοῦ οὐρανοῦ πίεται ὕδωρ, terra et montana et campestris, ex pluvia cœli bibat (h. e. *imbibat.* Vide Jacobs in Anthol. Gr. T. VI. p. 83.) aquam. Similiter Herodotus Lib. III. cap. 117. ἐπεὰν δὲ διάκορος ἡ γῆ σφέων γίνηται πίνουσα τὸ ὕδωρ, cum ter-
c ra illorum satiata esset bibendo aquam. Et Anacreon Od. XIX. v. 1. ἡ γῆ μέλαινα πίνει. Et ut πίνειν dicitur γῆ, sic etiam διψᾷν, *sitire.* Philostratus Vit. Apoll. Lib. III. c. 5. ὁπότε ἡ γῆ διψῴη, cum terra sitiret. Vide L. Bos. Anim. ad Scriptt. Græc. pag. 79. et conf. Raphelii Annotatt. ex Herodoto ad Hebr. VI. 7. p. 609. 1 Sam. I. 15. οἶνον καὶ
d μέθυσμα οὐ πέπωκα, vinum et potum inebriantem non bibi. Hesych. πέπωκα, ἔπιον. Job. XV. 16. πίνων ἀδικίας ἴσα ποτῷ, qui bibit peccata tanquam potum, h. e. *qui totus vitiosus est.* Confer notata infra s. ποιέω post Hebr. שָׁתָה. —*שְׁתָה Chald. Dan. V. 2. 3. 4. 25. Præterea legitur apud LXX Ies. XXIII. 8. ubi verba καὶ πιεῖν post φαγεῖν de suo addide-
e runt, ac Ies. IX. 1. τοῦτο πρῶτον πίε. Quod ad hunc locum attinet, jam observatum est a Grotio et Cappello in Notis Critt. in V. T. p. 499., πίε non esse interpretis, sed librariorum, etsi antiquissimum (idem enim legitur in versione Itala et Arab.) vitium, natumque ex vitiosa enuntiatione dictantis, aut scriptione vocis ποίει, quæ sequitur. Idem judicavit Koppe in Interpretatione f
Critica h. l. (Goett. 1779. 4.) p. 9. qui et pro τοῦτο πρῶτον conjecit legendum esse τούτου πρώτου. Sirac. XXIV. 21. οἱ πίνοντές με ἔτι διψήσουσι. Sermo ibi est de sapientia, ejusque præceptis imbibendis. Confer Joh. VI. 33 — 35. 40. seq. et Vorstium de Hebr. N. T. pag. 695. — Vide supra s. γλυκερός.

ΠΙ΄ΝΩΣΙΣ, *pinnæ vellus.* חֲלִי, *or-* g
namentum, ornatus (vide Bocharti Hieroz. P. II. Lib. V. cap. 8. pag. 717. seq.). Incert. Prov. XXV. 12. πίνωσις χρυσοῦ, h. e. interprete Bielio *aureum pinnæ vellus,* seu potius *ornamentum elegans ex auro,* proprie *nitor aureus.* Εὐπινὴς est *venustus.* Vid. Ernesti Clav. Cicer. s. h. v. et πιναροὶ λίθοι *lapides cæsi et politi.* Semlerus substituit πίνος χρυσοῦ. h
Drusius fatetur, se non intelligere, quid sit πίνωσις. Bocharto in Hieroz. P. I. Lib. II. cap. 45. pag. 489. videtur interpres ille pro חֲלִי legisse חלך, verbum sono vicinum כלך, atque adeo pro eodem sumsisse. Confer eundem p. 488. ubi de marino illo vellere, h. e. lana molli pinnis annexa, agit. Eidem P. II. Lib. V. cap. 8. pag. 718. πί- i
νωσις, ut πινικὸν, videtur a pinna vel pina factum.

*ΠΙ΄ΟΝ, *pingue,* neutrum a πίων. בָּשָׁן, nomen propr. *Basan.* Psalm. LXVII. 15. ὄρος πῖον, h. e. λιπαρὸν ἢ πλούσιον, ut habet margo libri Vaticani. Conf. Eichhornii Repertorium Bibl. et Orient. Literat. Tom. XIV. p. 194.

ΠΙΟ΄ΤΗΣ, *pinguedo.* דֶּשֶׁן, quod k
et *pinguedinem* et *cinerem* notat. Jud. IX. 9. 1 Reg. XIII. 3. (coll. Joseph. A. J. VIII. 8. 5. qui πιμελὴν habet.) 5. Job. XXXVI. 16. et alibi. — חָלָב, *lac.* Ezech. XXV. 4. — *טוּב. Psalm. CIII. 28. sec. cod. Alex. — יִצְהָר, *oleum.* Zach. IV. 14. — מִשְׁמַן. Gen. XXVII. 28. —

שְׁמָנִים, *pinguedines*. Symm. Ies.
XXVIII. 1. πιοτήτων. — שִׁקּוּי, *po-*
tio, irrigatio. Symmach. Proverb.
III. 8. ubi πιότης *pinguem ossium*
medullam notare videtur, ut adeo
Montfauconii conjectura ποτὸν le-
gentis non opus sit. Drusio jam in
mentem venit illud πιότης in ποτὴς
(*potio, potus*) mutare, fortasse quia
Aquila ποτισμὸς reddidit. Sed ta-
b men ipse addit: *Cave mutes*. Tren-
delenburgius in Notis ad Chresto-
mathiam Hexaplarem p. 310. hæc-
ce scribit: Quemadmodum apud
Arabes ריך *tenuis medulla corrupta*
et *nigra* dicitur, ita שׁק, quod cum
רוי convenit, de *crassiori* et *succosa*
medulla dicitur.

*ΠΙ´ΠΙ. יְהֹוָה. 1 Sam. XVIII.
12. sec. Hex. et cod. Coislin. sec.
c ὅτι ἦν πίπι μετ' αὐτοῦ, ad quem locum
Montf.: Hic, ut infra non semel,
illud ΠΙΠΙ notatur ad יהוה, non
quoad sonum, sed quoad formam
literarum. (Scil. יהוה in Græcis
quibusdam bibliis olim legebatur
scriptum charactere Samaritano
ejusmodi, qui ad effigiem Græcæ
Literæ Π proxime accedit, quod
non intellegentes, duo Π Π ibi col-
d locari, putabant et πιπι legebant:
quos ridet Hieron. Prol. Galeat.)
De ΠΙΠΙ e superstitione Judæorum
ridicula vide Hieronymum Ep. 136.
ad Marcell. T. II. Opp. p. 704. ed.
Benedict. et Schindleri Lex. Penta-
glotton. v. יְהֹוָה.

ΠΙΠΡΑ´ΣΚΩ, *vendo*. מָכַר. Gen.
XXXI. 15. πέπρακε γὰρ ἡμᾶς, *dolose*
nobiscum *egit, defraudavit* nos. Ha-
e bet מָכַר hanc significationem in l.
Arabica. Deut. XXI. 14. πράσει οὐ
πραθήσεται (ἀντὶ) ἀργυρίου, venditione
non vendetur pro argento. Conf.
Exod. XXII. 3. ubi ἀντὶ additur,
et L. Bos. Ellips. Gr. p. 295. 1 Reg.
XXI. 25. ὃς ἐπράθη ποιῆσαι τὸ πονη-
ρὸν ἐνώπιον κυρίου, qui venditus est
(seu *se vendidit ipsum*, coll. v. 21.
ubi πέπρασαι est *vendidit se*.) ad ma-
lum faciendum coram Domino, h. f
e. *ad quævis scelera patranda pro-*
nus erat, Confer 1 Macc. I. 17. et
Fesselii Advers. Sacr. Lib. III. c. 1.
p. 188. Ies. L. 1. ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν
ἐπράθητε, propter peccata vestra
venditi estis. — נִכֵּר Pih. *alieno,*
trado. 1 Sam. XXIII. 7. πέπρακεν
αὐτὸν ὁ θεὸς εἰς τὰς χεῖράς μου. Vulg.
tradidit eum. Recte: nam qui ven-
dit aliquid, alteri tradit. — צָרַף, g
exploro. Ies. XLVIII. 10. Hic pro
lubitu voci Hebr. notionem tribue-
runt, quam non habet, quia in seq.
de argento sermo est, nec videntes,
בּ ante כָּסֶף comparative h. l. ac-
cipiendum esse. — הִשְׁבִּיר, *anno-*
nam vendo. Aqu. Theod. Prov. XI.
26. πιπράσκοντες. — הִתְמַכֵּר Hithp.
vendo me. Al. 1 Reg. XXI. 20. μά-
την πέπρασαι, h. e. juxta Lex. Cyrilli h
MS. Brem. μάτην ἐξέδωκας σαυτὸν,
frustra *vendidisti temet ipsum*. Al.
2 Reg. XVII. 17. ἐπράθησαν. 1 Macc.
I. 17. ἐπράθησαν τοῦ ποιῆσαι τὸ πονηρόν.
Syrus ad sensum: *et delectati sunt,*
coll. 1 Reg. XXI. 25. (Ernesti in
marg. ed. Bos. adscripsit: ἐπειράσ-
θησαν? K.) Baruch. IV. 4. ἐπράθητε
τοῖς ἔθνεσιν, traditi estis in potesta-
tem gentium. In sequentibus ex- i
plicatur per παρεδόθητε τοῖς ὑπεναν-
τίοις.

ΠΙ´ΠΤΩ, *cado, labor, decido, incido,*
occidor, morior, intereo, pereo. אָנַק,
exclamo. Jerem. LI. 47. πεσοῦνται
τραυματίαι. Sc. oculis ejus fortasse
obversabantur, quæ v. 4. et 44.
ejusdem cap. leguntur. — *בּוֹשׁ,
pudore afficior, erubesco. Ies. XXIV.
23. ubi non aliter legerunt, sed ita k
verterunt, quia in sequentibus solis
loco murum posuerant. — בָּרַךְ,
genua flecto. 2 Par. VI. 13. ἔπεσεν
ἐπὶ τὰ γόνατα αὐτοῦ. Sc. בָּרַךְ, quia
sequitur עַל בִּרְכָּיו, commode per
πίπτω exprimi poterat. — גָּוַע, *ex-*

a *spiro*. Job. XIV. 10. ubi πίπτειν *mori* notat. Verba sunt: πεσὼν δὲ βροτὸς οὐκ ἔτι ἐστι, moriens autem homo non amplius est. — *דָּמַם, *conticesco*. Jerem. XLIX. 26. πεσοῦνται, forte lecto יִרְמוּ, aut potius sensu tantum expressio. — יָרַד, *descendo*. Exod. IX. 10. πέσῃ δὲ ἐπ' αὐτὰ ἡ χάλαζα. Ita quoque secundum Theodoretum et cod. Norimb.
b LXX Thren. I. 9. πίπτουσι.—כִּידוֹר, *acies militum*. Job. XV. 24. ubi tamen πίπτων de suo addidisse videntur. Schultensius in Opp. Min. p. 30. πίπτων retulit ad עָתִיד, *paratus*, pro quo legerint עָתִיר, ex Arab. عثر, *cæspitare, labi*. — כָּרַע, *incurvo me*. 2 Par. VII. 3. Ies. XLVI. 1. LV. 11. — כָּשַׁל, *impingo*. Ies. XXVIII. 13. LIX. 10. Jer. VIII.
c 12.—מוֹט, *dimoveor*. Ps. CXXXIX. 11. Prov. XXV. 27. — מֻכִּים part. plur. Hoph. a נָכָה, *cæsi*. Jerem. XVIII. 21. — מָעַךְ, *comprimo*. Ex. XXIII. 8. — מַפָּלָה : מַפֶּלֶת, *casus, ruina*. Prov. XXIX. 16. Ies. XXIII. 13. XXV. 2. — נָבֵל, *decido*. Ies. XXXIV. 4. πάντα τὰ ἄστρα πεσεῖται ὡς φύλλα, omnia astra decident, ut folia. Confer Matth. XXIV. 29.
d Apoc. VI. 13. et Wolfium ad Matth. l. c. p. 350. Non autem sermo ibi est de lapsu proprie sic dicto, quemadmodum alias veteribus ἀστέρες, *stellæ*, h. e. ignes in aëre emicantes sive scintillæ vel exhalationes aut fulgores ignei, *cœlo labi* ac *ruere* dicuntur (vide Spanhemium ad Callimachum p. 354.), sed de splendoris defectu, quo stellæ quasi cœlo
e decidisse videbuntur. Conf. Lexic. N. T. s. h. v. n. 7. Adde Job. XIV. 18. ubi LXX, Theod. Syr. et Arabs nonnullis legisse videntur יִפּוֹל. — נָגַף, *cædo*. Levit. XXVI. 17. Jud. XX. 32. sec. cod. Vat. Al. 1 Sam. VII. 10. ἔπεσαν, et 2 Sam. X. 15. ἔπεσον. — נִדַּם Niph. a דָּמַם, *exscindor*. Jerem. XLIX. 25. — נָפַל, Genes. XVII. 3. 17. XLIV. 14. 1 Sam. XIV. 45. εἰ πεσεῖται ἀπὸ τῆς f
κεφαλῆς αὐτοῦ θρὶξ, si cadet a capite ejus capillus. Vide quoque 2 Sam. XIV. 11. 1 Reg. I. 52. et conf. Act. XXVII. 34. 1 Sam. XXIX. 3. ubi πίπτειν πρός τινα est *confugere ad aliquem*. Symm. προσέφυγε. 2 Sam. III. 38. ὅτι ὁ ἡγούμενος πέπτωκε μέγας, quod princeps magnus ceciderit, h. e. *mortuus sit*. 1 Reg. XX. 25. κατὰ τὴν δύναμιν τὴν πεσοῦσαν ἀπὸ σοῦ, juxta g
exercitum, quem *perdidisti*. 2 Reg. X. 10. οὐ πεσεῖται (scil. τι) ἀπὸ τοῦ ῥήματος κυρίου, non cadet aliquid a verbo Domini, h. e. nihil eorum, quæ Deus minatus est, *irritum erit*. Vide quæ notavi in v. διαπίπτω. Prov. XI. 28. οὗτος πεσεῖται, hic *interibit*. Prov. XXIV. 16. ἑπτάκις γὰρ πεσεῖται ὁ δίκαιος, septies enim cadet justus, h. e. *incidet in mala*. Ez. VI. 11. h
ἐν ῥομφαίᾳ καὶ ἐν λιμῷ καὶ ἐν θανάτῳ πεσοῦνται, et gladio et fame et peste cadent, h. e. *morientur*. Ez. XXX. 4. πεσοῦνται τετραυματισμένοι ἐν Αἰγύπτῳ, vulnerati *morientur* in Ægypto. Sic et Græcis alias hanc notionem verbi πίπτειν esse tritissimam viri docti ostenderunt. Conf. Lex. N. T. s. h. v. Amos III. 5. εἰ πεσεῖται ὄρνεον ἐπὶ γῆς ἄνευ ἰξευτοῦ; num *cadet* (scil. i
in laqueum, avis in terra sine aucupe? nisi ei tendicula posita sit? Theod. Dan. VIII. 10. ubi pro תַּפֵּל, *dejiciet, deturbabit*, legit תִּפֹּל. — נָפֹל נָפַל duplicatum. Ies. XXI. 9. — *נְפַל Chald. Dan. II. 46. III. 5. 6. 7. et alibi. — *נֵפֶל, *abortus*. Psalm. LVII. 8. Legerunt נָפַל. — נִפְלַל Niph. ex פָּלַל Pih. *judico*. Ex. XXVIII. 23. πεσοῦνται. Ita quoque Vulgatus. Sc. non a radice פָּלַל explicarunt, sed a נָפַל, aut נִפְלַל pro

ποιήσεις. Ita etiam Lex. Cyrilli MS. Brem. nisi quod pro φροντίδα πολλὴν habeat φροντίδας πολλάς. Ita Bielius. Chrysostomus ἐπαρεῖς με, ὑψώσεις με. Sed proprie apud LXX notat *multiplicare, augere*, hoc sensu: augebis me, et animæ meæ robur ac fortitudinem adjicies.—זְלָה vel זְלוּת, *res vilis*. Psalm. XI. 9. κατὰ τὸ ὕψος σου ἐπολυώρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Hoc certum est, eos זְלוּת legisse, sed cur ita transtulerint, admodum dissentiunt interpretes. i
Houbigantius existimat, eos לָוִית, *adhæsisti*, legisse, Kœhlero autem videntur legisse כְּרִמְךָ דְּלִיּוֹת בְּנֵי וגו׳ : nam πολυωρεῖν etiam significare potest πολὺ μετέωρον ποιεῖν, *valde sublimem efficere*. Alii statuunt, ante ἐπολυώρησας, h. e. *multam curam impendis*, apud LXX excidisse negationem, in qua opinione Semlerus

a fuit. Nonnulli conjiciunt, ἐπολυώρησας ortum esse ex ἐξωλιγώρησας. Vide Ernesti Bibl. Nov. Theol. T. I. p. 202. Cappello in Crit. S. p. 520. πολυωρεῖν est *laute aliquem excipere*, quæ notio ei h. l. ideo magis quadrare videtur, quia זָלַל significat *potu et cibo sese ingurgitare*. Sic etiam Montfauconio in Lex. Hebr. s. h. v. LXX videntur pro prima
b persona perfecti habuisse, et ex duplicanti זָלַל ita vertisse. His denique addendus est Fischerus in Clavi Verss. GG. p. 56. qui πολυωρεῖν h. l. idem opinatus est valere, quod εὐωρεῖν, h. e. *non curare, nullam rationem habere*, etsi non ignorabat, apud Hesychium reperiri ἐπολυώρησας, πολὺ ἐφύλαξας, cujus glossæ auctor haud dubie huc respexit.
c Ita quoque Lex. Cyrilli MS. Brem. Hesych. πολυωρεῖ, πολλὴν φροντίδα ποιεῖται. ἐναντίον δέ ἐστιν τὸ ὀλιγωρεῖν, ὀλίγον φροντίζειν. διὸ καὶ τὸν ὀλίγωρον ἀμελῆ λέγουσιν. His omnibus liceat mihi et meam addere sententiam. Acceperunt fortasse pro סַלּוֹת, aliis punctis, commutato præterea ז pro ס.

ΠΟ'ΜΑ, *potus*. מִשְׁתֶּה, *compota-*
d *tio*. Dan. I. 16. Esdr. III. 7. Posteriori loco in Francof. edit. male legitur πώματα pro πόματα. Al. habent ποτά. — שִׁקּוּי, *potus*. Psalm. CI. 10.

ΠΟΜΠΕΥ'Ω, *pompam ago, triumpho*. Sap. IV. 2. στεφανηφοροῦσα πομπεύει, coronam gestans *triumphat*. Suidas: πομπεύει, ὡς νενικηκὼς μεγαλαυχεῖ. 2 Maccab. VI. 7. πομπεύειν
e τῷ Διονύσῳ, *pompam agere* Libero, aut *Baccho*. Vide ad h. l. Baduellum.

ΠΟΜΠΗ', *missio, pompa*, i. e. *solemnis apparatus et spectaculum solemne, in modum triumphi*. קֶלֶס, *ludificatio*. Al. Ps. XLIII. 14. πομπὴν, h. e. *triumphum*, ut et Lat. *pompa* usurpatur. Phavorinus: πομπὴ, ἡ συνάθροισις τοῦ λαοῦ ἐπί τινι.

ΠΟΝΕ'Ω, *laboro*, it. *vulneratus* f
sum, vehementer quassatus sum, dolore afficior, doleo, it. *emulgeo*, it. *facio, tolero, patior*. אֲגַם, *stagnum*. Ies. XIX. 10. λυπηθήσονται, καὶ τὰς ψυχὰς (pro κατὰ τὰς ψυχὰς) πονέσουσι, dolebunt et animis *affligentur*. Legerunt אֲגֵמֵי, *fastidientes, nauseantes*, ab Arab. أجم, *tristari*. Vide Golii Lex. Arab. p. 32. Sic quoque recte hanc vocem Kimchius reddidit ex usu vocis Chaldaico. g
Vox Arabica quoque *fatiscere* notat. — אִישׁ חָיִל, *vir roboris*. 1 Par. XXVI. 8. ποιοῦντες. Sunt autem *viri roboris* h. l. viri valde laborantes in hoc opere perficiendo. In libris nonnullis h. l. legitur πονοῦντες. — *הֻכָּה, Hoph. a נָכָה, *percutior*. Hos. IX. 19. ubi illud ἐπόνεσεν jungendum est, præeunte Arabe, cum τὰς ῥίζας, ita ut post αὐτοῦ comma ponen- h
dum sit. Vox Hebr. dicitur de stirpibus, quæ solis ardore aut vermis morsu ita *læduntur*, ut exarescant. — חוּל, *parturio*. 1 Par. X. 3. ἐπόνεσεν ἀπὸ τῶν τόξων, *vulneratus* est a jaculis. Jerem. V. 3. ἐμαστίγωσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἐπόνεσαν, flagellasti illos, et non *doluerunt*. Jer. LI. 29. ἐσείσθη ἡ γῆ καὶ ἐπόνεσε, mota est terra, et *vehementer quassata*. Sic Polybio Lib. III. p. 281. τῶν i
ὅπλων τὰ παλαιὰ καὶ τὰ πεπονηκότα sunt arma vetusta et *quassata*. Vide L. Bos. ad Hebr. XII. 27. p. 260. Et Arriano de Exped. Alex. VI. 15. πλοῖα πεπονηκότα dicuntur *naves quassatæ*. Idem utitur hac voce de navibus Exped. Alex. VII. 7. p. 281. et Indic. c. 33. p. 349. c. 38. p. 354. et de mœnibus quassatis Lib. I. 27. Exped. Alex. pag. 65. Vide Alberti Peric. Crit. p. 55. Thren. IV. 6. οὐκ ἐπόνεσαν ἐν αὐτῇ χεῖρας (pro κατὰ τὰς χεῖρας), in illa

sc. iniquitate) manibus non laborarunt, vel *molestiam senserunt* manibus, h. e. ut sensum bene exprimit Olympiodorus apud Ghislerium Caten. p. 186. οὐκ ἀπέκαμον κακοποιοῦντες. Ita Bielius. Equidem pro χεῖρας legere mallem χεῖρες, hoc sensu: non *defatigatæ sunt* in ea, scil. destruenda ac evertenda, manus hominum. — חָלָה, *ægroto*, etiam *vulnero*. 1 Sam. XXII. 8. οὐκ ἔστι πονῶν περὶ ἐμοῦ ἐξ ὑμῶν, non est *dolens* de me ex vobis. 1 Reg. XV. 23. ἐπόνεσε τοὺς πόδας (pro κατὰ τοὺς πόδας) αὐτοῦ, *laborabat* pedibus suis. 2 Par. XVIII. 33. ἐξάγαγέ με ἐκ τοῦ πολέμου, ὅτι ἐπόνεσα, educ me a prœlio, quia *vulneratus sum*. Vide quoque 2 Par. XXXV. 23. Prov. XXIII. 35. ἔτυπτόν με, καὶ οὐκ ἐπόνεσα, verberarunt me, et non *dolui*. Πόνος et πονεῖν etiam *doloris sensum* indicant, ut præter Stephanum in Thes. Perizonius docuit ad Æliani V. H. V. 6. 6. Confer Cic. Quæst. Tusc. II. 57. — חָמַל, *parco*, it. *condoleo*. 1 Sam. XXIII. 21. ἐπονέσατε περὶ ἐμοῦ, *doluistis* de me. Nonnulli, ut Cappellus, statuunt, eos h. l. legisse עֲמַלְתֶּם, contra quem tamen Bux-
d torfius monuit, eos non aliter legisse, sed propter literarum affinitatem accepisse pro עֲמַלְתֶּם. Sic videntur etiam accepisse Ezech. XVI. 5. ubi per παθεῖν reddunt. — כָּאַב, *dolore afficior*. Symm. Prov. XIV. 13. πονέσει. — סָבַל, *bajulo, tolero*. Gen. XLIX. 15. — עָמַל. Prov. XVI. 26. Symm. Cohel. II. 11. — עָמֵל, *laboriosus*. Aqu. Prov. XVI. 26. πο-
e νοῦντος. — עָשָׂה, *facio*. Ies. VII. 22. ποιεῖ γάλα, ubi Doederleinius conjicit legendum esse πονεῖ. Sir. XIII. 6. ἀποκενώσει σε καὶ αὐτὸς οὐ πονέσει, privabit te bonis tuis, nec ipse hoc fecisse *dolebit*. Vulgatus vertit: *et evacuabit te, nec ipse dolebit super te*. Hesych. πονεῖ, ποιεῖ, ἀσκεῖ, κακοποιεῖ, ἐνεργεῖ.

ΠΟΝΗΡΕΥΌΜΑΙ, *male facio, maligne ago*, it. *invideo, invidus sum*. f
הֵרַע, Hiph. a רוּעַ. Jud. XIX. 23. 1 Reg. XVI. 25. 1 Par. XVI. 22. Psalm. CIV. 15. — הִתְנַכֵּל, Hithp. *machinor*. Gen. XXXVII. 17. ἐπονηρεύοντο τοῦ ἀποκτεῖναι αὐτόν, *mala consilia inierunt* occidendi eum. Schol. ἐδολιεύσαντο. — הִתְעָה, Hiph. *errare facio, seduco*. Jer. XLII. 20. Fortasse LXX legerunt הֲרֵעוֹתֶם, probante Struensee. — זָמַם, *scelerate* g
cogito. Deut. XIX. 19. — יָדַע, *scio*. Aqu. et LXX Cohel. VII. 23. ὅτι πλειστάκις πονηρεύσεταί σε, sæpius *male* tibi *faciet*. Legerunt יָרַע per Resch loco Daleth. — מָאַס, *reprobo*. Ps. XIV. 5. πονηρευόμενος, *qui a Deo improbatur, ac propter suam culpam abjicitur tanquam improbus*. — מֵרַע. *maleficus*. Ps. XXI. 17. XXV. 5. XXXVI. 1. 9. — רוּעַ, *malus sum*. h
Deut. XV. 9. πονηρεύσεται ὁ ὀφθαλμός σου τῷ ἀδελφῷ σου τῷ ἐπιδεομένῳ, *invideat* oculus tuus fratri tuo indigenti. Conf. notata in βασκαίνω, πονηρός, πονηρόφθαλμος et φθονέω, nec non Matth. XX. 15. et ad h. l. Wolfium p. 291. Ps. V. 5. Jerem. II. 33. ubi Arabs loco ἐπονηρεύσω legisse videtur ἐπόρνευσας. — שָׁלַח יָד, *mitto manum*. Exod. XXII. 8. 11. *Mittere manum in aliquid* est *aliquid furto auferre*. Sirac. XIX. 22. i
πονηρευόμενος, *nequitia præditus*. Hist. Susann. v. 43. ἐπονηρεύσαντο κατ᾽ ἐμοῦ, *mala consilia* adversus me *inierunt*, aut potius: *calumniati sunt* me.

ΠΟΝΗΡΊΑ, *malitia, malignitas*, it. *tristitia, ægritudo, qua quis male se habet, malum, miseria, ærumna, molestia, calamitas*. אָוֶן. Ies. X. 1. — הֵרַע, Hiph. a רוּעַ. Ies. I. 16. — יֵצֶר, *figmentum*, h. l. *sensus pravi*,

a *perversitas animi.* Deut. XXXI. 21. — מֵרַע, verbale. Dan. XI. 27. — עָמָל, *molestia.* Ies. X. 1. Postulat hanc interpretationem, series orationis. Hesych. πονηρία, ἐπιπονία. — רַע masc. Ps. VII. 10. ubi πονηρία apud Aqu. et LXX *calamitatem, miseriam* notat. Vulgatus male *nequitia.* Melius Hieron. *malum hoc.* Ps. LXXII. 8. CXL. 4. — רֹעַ. Ps.
b XXVII. 5. Nehem. II. 2. πονηρία καρδίας, animi *ægritudo.* Jer. XXIV. 8. τὰ σῦκα τὰ πονηρὰ, ἃ οὐ βρωθήσονται ἀπὸ πονηρίας αὐτοῦ, ficus *malæ,* quæ non comeduntur ob acerbitatem. Cf. Schwartzii Diss. de Stilo LXX Intt. apud Olearium de Stilo N. T. p. 323. Eodem sensu de fructibus arborum, qui comedi non possunt, legitur apud Theodot. Jer. XXIX.
c 17. ubi Vulgatus habet: *eo quod pessimæ sint.* — רָעָה fœm. Jud. XI. 27. σὺ ποιεῖς μετ' ἐμοῦ πονηρίαν. Vulg. *contra me male agis.* Jud. XV. 3. ποιῶ ἐγὼ μετ' αὐτῶν πονηρίαν, ego *male, acerbe* illos *tractabo.* Nehem. I. 3. ἐν πονηρίᾳ μεγάλῃ καὶ ὀνειδισμῷ, in *miseria* magna et opprobrio. Cohel. VI. 1. ἔστι πονηρία, est *malum.* Vide et Cohel. XI. 10. — תּוֹעֵבָה, *abomi-*
d *natio.* Prov. XXVI. 25. Præterea legitur Hagg. II. 15. ubi πονηριῶν (cui nihil in textu Hebr. respondet), quod Ald. et Compl. exhibent, est glossema voci πόνων appositum.

ΠΟΝΗΡΟ'Σ, *malus, malignus, invidus,* it. *male se habens, tristis, ærumnosus, calamitosus, molestus.* *אֱלֹהִים. 1 Sam. XVI. 23. πνεῦμα πονηρόν. Recte quoad sensum. Nam
e רוּחַ אֱלֹהִים, *spiritus a Deo immissus,* est h. l. spiritus malus, quod ideo explicationis aut melioris intellegentiæ causa a LXX additur. Vulgat. *spiritus Domini malus.* — בְּאוּשְׁתָּא Chald. fœm. *pessima.* Esdr. IV. 12. — דִּבָּה רָעָה, *fama mala.* Num. XIV. 37. πονηρὰ, sc. ῥήματα. Codex unus Holmes. ibi φοβερὰ e glossemate habet. Vide in κατίπω. — דַּל, *tenuis.* Genes. XLI. 19. βόες πονηραὶ καὶ αἰσχραὶ τῷ εἴδει σφόδρα, vaccæ malæ (h. e. *macilentæ*) et turpes valde aspectu. — *חֵפֶץ, *desiderium.* Prov. III. 15. οὐκ ἀντιτάξεται αὐτῇ οὐδὲν πονηρὸν, ubi πονηρὸν mihi significare videtur: *multo labore partum et elaboratum,* adeoque τίμιον. Grabius Prolegg. c. IV. §. 8. pro πονηρὸν restituebat ποθητὸν, quod et Jaegero in mentem venit, qui omnino huc conferendus est. Aliam conjecturam protulit Verschuir, qui in Sylloge Dissert. Phil. Schultens. et Schrœderi p. 867. πανῆρες legere mavult, quod vocabulum rarius, non satis intellegens, literarumque similitudine deceptus, festinans librarius in πονηρὸν mutaverit. — *מַעַל. Mich. II. 9. διὰ τὰ πονηρά. Videntur legisse מְעוֹל. — מֵרַע, *maleficus.* Ies. I. 4. IX. 17. XIV. 20. — נָכְרִיָּה fœm. ex נָכְרִי, *alienigena.* Prov. VII. 5. — עָמָל, *molestia.* Hab. I. 13. ubi tamen pro πονηροὺς legere mallem πόνους, quod alii habent. — עֶצֶב, *dolor.* Prov. XV. 1. sec. Compl. ubi πονηρὸς est i. q. λυπηρός. — פָּרִיץ, *violentus.* Ies. XXXV. 9. πονηρὰ θηρία, *sævæ* bestiæ. — *קָשֶׁה, *dura.* Jud. II. 19. sec. Oxon. *Via dura* aut *aspera* est ex stilo SS. *perversitas, impietas.* — רַב, *magnus.* 2 Par. XXI. 15. ἐν μαλακίᾳ πονηρᾷ, in morbo *maligno.* Ubi non רַע legerunt, quæ fuit Trommii ac Bielii conjectura, sed sensum expresserunt. Cæterum, uti h. l. πονηρὸς, ita quoque κακὸς adhibetur, v. c. Apoc. XVI. 2. ubi ἕλκος κακὸν est i. q. ἕλκος κακόηθες, ut veteres medici vocant, *ulcus malignum, serpens,*

sordidum et indomabile. Eustath. ad Homer. Il. Β', 723. fol. 249. ἕλκος κακὸν explicat per ἀνίατον τραῦμα et νόσον διάβορον. — רַע : רָעָה. Genes. XXVIII. 8. ὅτι πονηραί εἰσιν αἱ θυγατέρες Χαναὰν ἐναντίον Ἰσαὰκ, h. e. quod *displicerent* filiæ Chanaan Isaaco. Gen. XXXVII. 19. 32. θηρίον πονηρὸν, bestia *mala* aut *sæva*. Genes. XLVII. 9. μικραὶ καὶ πονηραὶ γεγόνασιν αἱ ἡμέραι, pauci et *ærumnosi* fuerunt dies. Exod. XXXIII. 4. ἀκούσας ὁ λαὸς τὸ ῥῆμα τὸ πονηρὸν τοῦτο, audiens populus verbum hocce malum, h. e. *ingratum et terribile*. Vide et Jos. XXIII. 15. Num. XI. 1. γογγύζων πονηρά. Vulgo vertunt: *impie murmurans*. Sed potest quoque verti: *de itineris labore querentes*. Deut. IV. 25. ποιήσετε τὸ πονηρὸν, sc. πρᾶγμα, facietis malum. Conf. Job. I. 1. 8. ubi additur πρᾶγμα. Deut. XXII. 14. et 19. ὄνομα πονηρὸν, *nomen malum*, h. e. *malus rumor*. Vide et Nehem. VI. 13. Nehem. II. 2. διὰ τί τὸ πρόσωπόν σου τὸ πονηρόν; quare vultus tuus *male se habet*? h. e. cur vultu es adeo *tristi*? Job. II. 7. ἕλκει πονηρῷ. Vulg. *ulcere pessimo*. Polychronius in Catena PP. p. 77. ed. Junii πονήρῳ hic legendum monet. Psalm. XXXVI. 20. ἐν καιρῷ πονηρῷ, in tempore *calamitoso*, vel: quo quis *mala patitur*. Vide et Cohel. IX. 12. Amos V. 13. Mich. II. 3. et conf. Sirac. LI. 16. Psalm. XL. 1. ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ, in die *calamitoso*. Vide et Ps. XLVIII. 5. XCIII. 13. Jerem. XVII. 17. Chrysostomus in Ps. XLIX. πονηρὰν ἡμέραν ἡ γραφὴ καλεῖ τὴν τῶν συμφορῶν, τὴν τῶν κολάσεων, τὴν τῶν περιστάσεων. Vide quoque Suidam in ἡμέρα πονηρά. Psalm. LXXVII. 54. δι' ἀγγέλων πονηρῶν, h. e. κακούντων, ut Symmachus recte transtulit. Theodoritus quoque eos ita dictos putat, quasi τοὺς πόνους καὶ ὀδύνας ἐνεργοῦντας. Cohel. I. 13. περισπασμὸν πονηρὸν, distractionem *molestam*. Vide et Cohel.

IV. 8. V. 13. Hesych. πονηρὸν, ἐπίπονον, κακοπαθῆ. Confer Aristoph. f
Plut. v. 352. ubi πονηρὸν τὸ φορτίον est *onus grave et molestum*. — רַע infin. per crasin ex רוֹעַ, a רָעַע, Chald. *frangendo*. Prov. XI. 15. Hic legerunt רַע, *malus*. — רֹעַ, *malitia*. Deut. XXVIII. 20. Jerem. XXIII. 2. — רֵעַ, *socius, amasius*. Hos. III. 1. Hic legerunt רַע. — רָעָה, *pasco*. Hos. XII. 1. πονηρὸν πνεῦμα, ubi ad- g
modum incommode legerunt רָעָה fœmin. a רַע. — *רֹעֶה, *pastor*. Ies. LVI. 11. πονηροί. Legerunt רָעִים, ut jam observavit ad h. l. Hieronymus, cujus verba laudavit Montfauconius.—*רַק, *tantum*. Ies. XXVIII. 19. Vide supra s. v. ἐλπίς —רָשָׁע, *improbus*. 2 Sam. IV. 11. Ies. LIII. 9. —שֵׂעָר, *horridus*. Jerem. XXIX. 17. Legitur præterea Job. XXXIV. 6. h
ubi τοὺς πονηροὺς nihil habet in textu Hebr. quod ei respondeat. Ies. XXX. 4. πονηροὶ post ἄγγελοι e serie orationis de suo addiderunt. Vide v. 1. et 2. Fortasse tamen continet hæc vox versionem alius interpretis ad חָנֵס, pro quo חָנֵף legerit. Certe hoc apparere puto e versione Syriaca, in qua pro ܫܠܝܚܐ fortasse reponendum erit ܡܫܡܫܢܐ ܗܘܘ e conjectura Michaëlis. Sirac. XIV. 5. ὁ πονηρὸς i
ἑαυτῷ τίνι ἀγαθὸς ἔσται; *qui nec sese lautius excipit, sed sordide avarus durius tractat corpus suum, erga quem liberalis erit?* aut: quem molliter tractabit? nam ne quidem suis bonis fruitur. Est ergo πονηρὸς h. l. *sordide avarus*. Confer Spicil. II. p. 150. Sirac. XIV. 9. et 10. ὀφθαλμὸς πονηρὸς φθονερὸς ἐν ἄρτῳ. Sirac. XXXI. 14. μνήσθητι, ὅτι κακὸν ὀφθαλμὸς πονηρὸς, memento, quod res mala sit oculus *invidus*. Vide supra s. v. πονηρεύομαι. Judith. VIII. 7.

a οὐκ ἦν ὃς ἐπήνεγκεν ἐπ' αὐτὴν ῥῆμα πονηρὸν, tanta ejus erat pietas, ut nemo eam *calumniari* valeret: coll. v. 8. et Matth. V. 11. ubi etiam ῥῆμα πονηρὸν *calumniationem*, *malum rumorem* notat. Sirac. V. 17. κατάγνωσις πονηρὰ, *valde gravis* pœna. Sirac. XVIII. 12. πονηρὰ, *valde misera*, *dolorosa et lugubris*. Vulg. *nequam* ex usu loquendi Romanorum. Confer
b quoque Bretschneideri Spicil. p. 47. s. v. ἄρτος. — Vide alibi ἐλπὶς et ῥῆμα.

ΠΟΝΗΡΟ'Σ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *malus fio*. יֵרַע רָעָה Nehem. II. 10.

ΠΟΝΗΡΟ'Σ ΕΙ'ΜΙ', *malus sum*. הִבְאִישׁ Hiph. *fœtere facio*. Genes. XXXIV. 29. ὥστε πονηρόν με εἶναι τοῖς κατοικοῦσι τὴν γῆν, ubi πονηρὸν εἶναι est *malum et improbum videri et haberi*, vel *invisum esse*. V. anteced. —
c חָרָה, *exardeo ira*. Nehem. IV. 1. πονηρὸν ἦν αὐτῷ, admodum ipsis *displicuit*. Sequitur enim καὶ ὠργίσθη ἐπιπολύ. — יֵרַע. 1 Sam. VIII. 6. 2 Sam. XI. 27. — רָעָה, *pasco*. Ies. LVI. 11. ubi pro רֹעִים legerunt רָעִים.

ΠΟΝΗΡΟ'Ν ΣΥΝΤΕΛΕ'Ω, *malum perficio*. הֵרַע Hiph. a רוּעַ. Genes. XLIV. 5.

d ΠΟΝΗΡΟ'Ν ΦΑΙ'ΝΕΤΑΙ, *malum videtur*. חָרָה, *exardeo ira*. Nehem. IV. 7. Vide s. πονηρὸς εἰμί. — יֵרַע. Gen. XXXVIII. 10. 1 Sam. XVIII. 8. ubi ἄλλος habet ὠργίσθη. 1 Par. XXI. 7.

* ΠΟΝΗΡΟ'Σ ΤΙΜΩΡΟΥ'ΜΕΝΟΣ ΚΡΑΤΑΙΩ͂Σ. רָעָה, *malum*. Prov. XXII. 3. Sc. רָעָה de malo pœnarum opprimentium improbos intel-
e lexerunt (coll. XXI. 12.), ac deinde post רָעָה adhuc addidisse videntur יֵרַע.

*ΠΟΝΗΡΟ'ΤΑΤΟΣ, *pessimus*. Dan. III. 32. sec. cod. Chis. ubi nihil in textu Hebr. respondet.

ΠΟΝΗΡΟ'ΦΘΑΛΜΟΣ, *malo oculo præditus*, h. e. *invidus*. רַע עַיִן, *malus oculo*. Al. Prov. XXIII. 6. πονηροφθάλμῳ. LXX ibi: ἀνδρὶ βασκάνῳ. Confer notata in v. πονηρεύομαι.

ΠΟΝΙΚΟ'Σ, *laboriosus*, *molestus*, *dolorosus*. עֶצֶב, *dolor*. Theod. Prov. XV. 1. ubi, quia sermo est de sermone, πονικὸς est i. q. λυπηρὸς apud LXX.

ΠΟ'ΝΟΣ, *labor*, it. *molestia*, *contentio*, *dolor*, *morbus*, it. *opes*, *quas labore sibi aliquis acquisivit*, *fructus laboris*. אָוֶן et constr. אוֹן, *vanitas*. 1 Sam. XV. 23. Ps. IX. 29. Jerem. IV. 14. 15. — אוֹן, *robur*. Psalm. LXXVII. 56. CIV. 35. In utroque loco πόνοι notat *liberos cum contentione procreatos*. — *אֵיד, *exitium*. Abd. v. 13. — הוֹן, *substantia*, *opes*. Prov. III. 9. τίμα τὸν Κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων, honora Dominum de iis, *quæ a te acquisita sunt labore justo*. Πόνοι enim h. l. sunt: *opes labore partæ* (nisi pro πόνων scribere quis malit τόκων, *fructuum*, *redituum*. Ita Sirac. XIV. 15. οὐχὶ ἑτέρῳ καταλείψεις τοὺς πόνους σου; nonne alteri relinques *opes* tuas? Et Sir. XXVIII. 16. ἐστέρησεν αὐτὰς τῶν πόνων αὐτῶν, privat illas *opibus* suis. — חֳלִי, *morbus*. Ies. I. 5. Jerem. VI. 7. — יָגוֹן, *molestia*. Jerem. XX. 18. — יְגִיעַ. Deut. XXVIII. 33. τὰ ἐκφόρια τῆς γῆς σου, καὶ πάντας τοὺς πόνους σου φάγεται ἔθνος, omnes proventus terræ tuæ, et omnes *fructus laborum* tuorum consumet populus. Vide Psalm. LXXVII. 51. Ps. CVIII. 10. διαρπασάτωσαν ἀλλότριοι τοὺς πόνους αὐτοῦ, diripiant peregrini opes ipsius. Vide et Jerem. XX. 5. Ezech. XXIII. 29. — יָד, *manus*, et meton. *factum s. acquisitum*. Ies. LXV. 23. — כְּאֵב, *dolor*. Ies. LXV. 14. κεκράξεσθε διὰ τὸν πόνον τῆς καρδίας ὑμῶν

a clamabitis propter *dolorem* cordis vestri. Symm. Job. XVI. 6. οὐκ ἐνδώσει ὁ πόνος μου, non minuetur labor meus: ubi πόνος est *dolor e vulnere*. — כָּאֵב part. *dolens*. Gen. XXXIV. 25. ὅτι ἦσαν ἐν τῷ πόνῳ, cum essent in *dolore*. — כִּי, *quia, nam*. Huic enim particulæ respondet sine dubio πόνος loco adducto. כִּי enim in l. Arab. *timorem, terrorem*, ac *objectum timoris et terroris* notat, ut Boysenius
b in Dilucidatt. Critt. ad h. l. observavit. — לָאָה, *moleste fero*. Job. IV. 5. νῦν δὲ ἥκει ἐπί σε πόνος καὶ ἥψατό σου, nunc autem venit ad te *dolor*, et tangit te. Confer Apoc. XVI. 10. 11. XXI. 4. Hesych. πόνος, ἄλγος, ἐνέργημα, ὀδύνης. Cicero Tuscul. Lib. II. cap. 15. "interest aliquid inter *laborem* et *dolorem*:
c sunt finitima omnino, sed tamen differunt aliquid. *Labor* est functio quædam vel animi vel corporis gravioris operis vel muneris. *Dolor* autem motus asper in corpore, a sensibus alienus. Hæc duo Græci illi, quorum copiosior est lingua, quam nostra, uno nomine appellant." Confer Perizonii notas ad Ælian. V. H. V. 6. — מַחֲלָה, *morbus*. 2
d Par. VI. 28. κατὰ πᾶσαν πληγὴν καὶ πάντα πόνον, in omni plaga et omni *morbo*. Vide et 1 Reg. VIII. 37. — מַכְאוֹב. Jerem. XXX. 13. XLV. 3. Adde Symm. Job. XXX. 19. ubi *dolorem e morbis* notat. LXX habent μαλακίαν. Vulg. *dolorem*. — מִשְׁמָר, *custodia s. carcer*, ut Vulg. vertit. Hebræus Int. Job. VII. 12. πόνοι. Ita transtulit ex usu loquendi
e Hebræorum, e quo *carcer* ac *captivitas* in universum *statum miserum ac infelicem, mala, miseriam* notat, quæ notio etiam h. l. voci πόνος subjicienda est. — סְבָלָה, *onus*. Exod. II. 11. — עָמָל. Num. XXIII. 21. οὐκ ἔσται μόχθος ἐν Ἰακὼβ, οὐδὲ ὀφθήσεται πόνος ἐν Ἰσραὴλ, non erit defatigatio in Jacob, neque apparebit *molestia* in Israël. Vide et Job. III. 10. Psalm. VII. 15. 17. IX. 37. Eadem vox pro Hebr. עָמָל red- f
denda quoque est Aquilæ Job. XV. 35. ubi πόνος non tam *dolores* notat, *quos aliquis ipse sentit, sed quibus alios afficit*. Aqu. Job. XVI. 2. παρακλητοὶ πόνων, consolatores *molesti* s., uti Vulgatus transtulit, *onerosi*. Huc quoque pertinet locus Habac. I. 13. ubi lectio πόνους, quam Vat. exhibet, ac pro qua in Compl. πόνον legitur, præferenda est lectioni ed. Ald. ἐπὶ πονηροὺς, quæ Bahrd- g
tio videbatur e Syro (qui habet *impios*) orta, et forsan margini olim adscripta. Sunt autem πόνοι h. l. *mala et injuriæ Iraëlitis illatæ*. — עָמֵל, *laboriosus*. Proverb. XVI. 26. ἀνὴρ ἐν πόνοις, *homo laboriosus*. — עֶצֶב. Prov. V. 10. οἱ δὲ σοὶ πόνοι εἰς οἴκους ἀλλοτρίους εἰσέλθωσι, *opes* autem tuæ in domus peregrinas veniant. — פְּעֻלָּה, *merces operis*. Ies. XLIX. 4. — רִיב, *contentio*. Psalm. LV. 10. juxta ed. Rom. ἀνομία καὶ πόνος ἐν h
μέσῳ αὐτῆς, iniquitas et *contentio* in medio ejus. Similiter de *pugna* vocem usurpat Herodotus Lib. VII. p. 509. et Lib. VIII. p. 559. Vide Raphelii Annotatt. ex eodem ad S. S. p. 668. — תַּחֲלוּאִים plur. *morbi*. Jerem. XIV. 18. Judith. V. 11. ἐν πόνῳ. Vulgatus: *in luto*. Legit πηλῷ, quod et mihi ob sequens καὶ πλίνθῳ præferendum videtur. Sirac. XI. 21. πόνῳ, *labore tibi a Deo con-* i
stituto. Vulg. *in loco tuo*, ubi non legit τόπῳ, sed bene sensum expressit. Sap. X. 10. *divitiæ*. Sirac. XXXVIII. 7. *morbus*. Sap. III. 15. ubi πόνος de *opere venereo s. concubitu* dicitur. Vide supra s. v. אוֹן. Sir. XIV. 15. πόνοι, *quæ opera et labore comparata sunt, opes, possessiones*. Sirac. XXVIII. 16. πόνοι, *præmia laborum*. 4 Macc. I. 4. ubi πόνος, si lectio sana est, *nimium do-*

a *loris ac ærumnarum sensum* notabit. Ib. v. 9. πόνοι, *tormenta, cruciatus*. Sirac. XXXVII. 33. πόνος cum νόσος confunditur in codd. MSS. Confer quoque XXXVIII. 7.

ἘΝ ΠΌΝΩι ΕἸΜΊ, *in labore* s. *dolore sum*. נָגוּעַ part. Pah. *plaga affectus*. Ies. LIII. 4.

*ΠΌΝΟΣ ΤΩ͂Ν ὨΔΙ͂ΝΩΝ, חֶבֶל, *dolor parturientium*. Ies. LXVI. 7.
b Sic et nos in lingua vernacula voce Arbeit *labour*, uti solemus, v. c. in formula recepta: in der Arbeit seyn, *to be in labour*.

ΠΟΝΤΌΒΡΟΧΟΣ, *mari submersus*. 3 Macc. VI. 4. ποντοβρόχους ἀπώλεσας, *mari submersos* perdidisti. Hesych. ποντοβρόχους, ὑπὸ θαλάσσης βρεχομένους. Ita et Suidas.

ΠΌΝΤΟΣ, *pontus, mare*. אֶלָּסָר,
c nomen regionis. Symmach. Genes. XIV. 1. — תְּהוֹם, *abyssus*. Exod. XV. 5. πόντῳ ἐκάλυψεν αὐτοὺς, *mari texit illos*. Suidas: πόντος, κυρίως μὲν ὁ ἔνδον τῆς Χεῤῥονήσου καὶ τοῦ Εὐξείνου (leg. e Gloss. Brem. Χεῤῥονήσου, ὁ καὶ Εὔξεινος) καλούμενος, καταχρηστικῶς δὲ πᾶσα ἡ θάλασσα. Hesych. πόντος, θάλασσα, πέλαγος.

ΠΟΝΤΟΠΟΡΈΩ, *per pontum gra-*
d *dior, mare pervado* seu *pererro, mare transeo*. בְּלֵב יָם, *in corde maris*. Prov. XXX. 19. τρίβους νηὸς ποντοπορούσης, semitas navis *mare percurrentis*. Legitur præterea apud Homer. Il. Η', 72. et Eurip. Hecub. 113. 445. Hesych. ποντοπόρος, πέλαγος διαπορευομένη, πελαγοδρόμος.

ΠΟΡΕΊΑ, *profectio, incessus, iter, via*. אֹרַח, *via*. Symm. Ps. XXIV.
e 4. — *גְּבוּל, *terminus*. Num. XXI. 23. sec. ed. Ald. ubi tamen lectio πορειῶν sine dubio orta est ex ὁρίων, quod reliqui libri habent. — הֲלִיכָה, *incessus, via*. Ps. LXVII. 26. ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαί σου, ὁ θεὸς, αἱ πορεῖαι τοῦ θεοῦ μου τοῦ βασιλέως τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ, videbantur viæ tuæ, O Deus, viæ Dei mei regis, qui in sanctuario: ubi nonnullis πορεῖαι sunt *expeditiones bellicæ*, quo sensu occurrit apud Herodian. III. 6. et Xenoph. Agesil. I. 16. Confer Sir. I. 5. Hab. III. 5. πορείας. Gloss. MS. in Cantica Script. ad h. l. respicientes per πορίαν et ἐμπορίαν, *mercaturam*, interpretantur. Hesych. αἱ πορεῖαι, αἱ ὁδοί. Nah. II. 5. ἀσθενήσουσιν ἐν τῇ πορείᾳ αὐτῶν, infirmi erunt in *itinere* suo. Symm. Prov. XXXI. 27. πορείας. — הֹלֵךְ תָּם part. g
ambulans integre. Prov. II. 7. τὴν πορείαν αὐτῶν, ubi pro לְהֹלְכֵי תֹם legerunt לְהֲלִיכֹתָם. — הָלוֹךְ infin. *ambulando*. Ies. III. 15. — לֶכֶת infin. a יָלַךְ. Ies. VIII. 11. Aquil. Theod. Prov. XXX. 29. — מַהֲלָךְ. Neh. II. 6. Jon. III. 3. 4. ὡσεὶ πορείας ὁδοῦ τριῶν ἡμερῶν, itinere circiter trium dierum. — מוֹצָא, *exitus*. Num. XXXIII. 2. — סְלוּלָה part. i
Pah. fœm. *aggesta*. Jerem. XVIII. 15. τρίβους οὐκ ἔχοντας ὁδὸν εἰς πορείαν, semitas non habentes viam ad iter. — עָבַר, *transeo*. Nah. I. 8. Hab. III. 9. Utrobique videntur legisse עֵבֶר. Κατακλυσμὸς πορείας Nahum. I. 8. est *diluvium transiens*. — פִּסֵּחַ *claudus*. Prov. XXVI. 7. Hic legerunt פֶּסַח, *transitus*. — צַעַד, *gressus*. Jerem. X. 22. οὐδὲ ἀνὴρ πορεύσεται, καὶ κατορθώσει πορείαν αὐτοῦ, i
neque vir ibit, et diriget viam suam, h. e. non pendet ab hominis voluntate, quales successus habituri sint ejus conatus. — *שׁוֹק, *crus*. Prov. XXVI. 7. ubi πορεία est *facultas eundi et gradiendi*. Præterea legitur apud Symmachum Ps. XLI. 2. ubi tamen verba τῆς πρὸς τὸν θεὸν πορείας, quæ ad אֵלֶיךָ אֱלֹהִים retu- k
lit Montfauconius, non sunt Symmachi, sed ipsius Eusebii versionis Alex. πρός σε ὁ θεὸς explicandæ gratia addita. 2 Macc. III. 8. ἐποιεῖτο τὴν πορείαν, *iter* faciebat. Vide et

2 Macc. XII. 10. Sirac. I. 5. ubi de Deo dicitur: αἱ πορεῖαι αὐτοῦ ἐντολαὶ αἰώνιοι, *præcepta* ejus sunt mandata æterna, quæ sc. ab æterno hominibus destinavit sapientia Dei. Significat h. l. πορεία ad imitationem Hebr. דְּרָכִים *leges, præcepta,* quæ etiam Arab. *viæ* dicuntur. Confer Sur. IV. 83. XII. 108. XLVII. 32. Sap. III. 3. *exitus e vita, mors.* Tob. X. 1. αἱ ἡμέραι τῆς πορείας, tempus, quo iter ab ipso absolvendum erat, aut absolvi poterat.

ΠΟΡΕΙ͂ΟΝ, *vehiculum, subsidium itineris.* בְּעִיר, *jumentum.* Genes. XLV. 17. γεμίσατε τὰ πορεῖα (sec. Ald. Alii libri φορεῖα et φορτία.) ὑμῶν, implete *vehicula* vestra. Suidas: πορεῖα, τὰ εἰς πορείαν χρήσιμα.

ΠΟΡΕΥ΄ΟΜΑΙ, *proficiscor, iter facio, eo, abeo, vado.* אַהֲלֵךְ Chald. Aph. Dan. IV. 34. — אֱזַל Chald. Esdr. IV. 23. V. 8. 15. — אָסַף, *congrego.* Cohel. II. 26. Ita Bielius. Sed ibi προσθεῖναι potius legitur. — בּוֹא, *venio.* Gen. XXXVII. 29. Num. XXXII. 6. Deut. XII. 29. — בָּחַל, *fastidio.* Zach. XI. 8. αἱ ψυχαὶ αὐτῶν ἐπορεύοντο ἐπ' ἐμέ. Lectio aperte vitiosa. Reponendum est ἐπωρύοντο, quod alii habent. — *דָּבַר, *loquor.* Aqu. Symm. Theod. Prov. XXI. 28. Acceperunt דָּבַר in notione *ducendi*, et legerunt in conjugatione Pual. — הוּךְ Chald. Esdr. VII. 12. — הוֹלִיךְ Hiph. a יָלַךְ. Ezech. XXXII. 14. — הֶחֱלִיף Hiph. *muto, innovo.* Theod. LXX Job. XXIX. 20. ubi πορεύεσθαι notat *progressus facere, proficere.* Vulg. *instaurabitur.* הָלַךְ: הִתְהַלֵּךְ, Kal et Hithp. Genes. VIII. 3. ἐνεδίδου τὸ ὕδωρ, πορευόμενον ἀπὸ τῆς γῆς, remittebat aqua, *abiens* de terra. Vide et v. 5. Genes. XXIV. 42. τὴν ὁδόν μου, ἣν νῦν ἐγὼ πορεύσομαι ἐπ' αὐτήν, viam meam, qua nunc ego ibo. Genes. XXV. 32. ἰδοὺ ἐγὼ πορεύομαι τελευτᾷν, ecce ego vado ad moriendum, h. e. *mox moriturus sum.* 1 Sam. XIV. 19. ἦχος ἐν τῇ παρεμβολῇ τῶν ἀλλοφύλων ἐπορεύετο πορευόμενος, sonus in castris alienigenarum *crescendo crescebat.* 2 Sam. III. 1. ὁ οἶκος Δαβὶδ ἐπορεύετο καὶ ἐκραταιοῦτο, καὶ ὁ οἶκος Σαοὺλ ἐπορεύετο καὶ ἠσθένει, domus Davidis *magis magisque* invalescebat, et domus Saul *magis magisque* debilitabatur. Conf. Act. IX. 31. et Lexic. N. T. s. h. v. 1 Sam. XVII. 14. ἐπορεύθησαν ὀπίσω Σαούλ, ibant post Saulum, sequebantur Saulum. Vide et Jerem. II. 8. 23. VII. 8. VIII. 2. et confer Luc. XXI. 8. 1 Reg. II. 2. πορεύομαι ἐν ὁδῷ πάσης τῆς γῆς, *abeo via omnis terræ,* seu: *discedo, quo solent mortales omnes,* h. e. *mox moriendum mihi erit.* Conf. Job. XVI. 22. Sic et profanos scriptores Græcos et Latinos per euphemismum de *morte* loqui ostendunt auctores laudati Wolfio ad Luc. XXII. 22. p. 755. Confer et Elsnerum ad Luc. XIII. 33. p. 241. Ps. CIV. 40. ἐπορεύθησαν ἐν ἀνύδροις ποταμοί, *fluebant* in locis aridis flumina. Ita apud Herodotum Lib. I. c. 75. ποταμοὶ πορεύονται, fluvii *fluunt.* Nehem. VI. 17. ἐπιστολαὶ ἐπορεύοντο πρὸς Τοβίαν, epistolæ *mittebantur* ad Tobiam. Sic πορεῦσαι est πέμψαι Hesychio. Confer quæ ex Sophoclis Electra v. 802. notat Alberti in Obss. Philol. in N. T. p. 204. Ezech. V. 6. ἐν τοῖς νόμοις μου οὐκ ἐπορεύθησαν ἐν αὐτοῖς, in legibus meis non ambularunt. Adde 1 Sam. XIV. 26. ubi πορεύεσθαι de *melle* usurpatum notat *decurrere, defluere.* Symm. Gen. XV. 2. ubi notat *mori, fatis concedere,* coll. Luc. XXII. 22. — הָלֹךְ הָלַךְ, *eo eo.* Cant. II. 11. — הָלַךְ הָלֹךְ, *eo eundo.* Genes. XXXI. 30. 1 Sam. VI. 12. — הֵלֶךְ, *itio,* it. *fluxus.* 1 Sam. XIV. 26. Hic legerunt הָלַךְ. — הֵרַע Hiph. a רָעַע, *malefacio.* Gen. XIX. 7. μὴ

a πορεύεσθαι. Legendum potius συμπορεύεσθαι, omissa negationis particula. — *הִתְנַכֵּל Hithp. machinor. Gen. XXXVII. 13. sec. cod. Alex. ἐπορεύοντο. Sine dubio scribendum ἐπονηρεύοντο, ut cod. Vat. habet. In cod. Oxon. legitur ἐπονηρεύσαντο, quod in Scholio explicatur per ἐδολιεύσαντο. — זוּב, fluo. Thren. IV. 9. ubi nonnulli, v. c. Cappellus, statuunt, eos
b pro יָזוּבוּ, diffluxerunt, legisse יֵלְכוּ ab אָזַל, abire, sed eos ita ex Arabismo transtulisse docuit Schultensius in Opp. Min. p. 495. Cæterum ἐπορεύθησαν h. l. est perierunt, consumti sunt. — זָנָה, scortor. Al. Jud. XIX. 2. ἐπορεύθη, pro quo tamen Outhovius in Bibl. Brem. Cl. III. p. 447. haud præter rationem legendum conjicit ἐπορνεύθη. Vulga-
c tus tamen habet reliquit eam, unde fortasse aliquis conjiciat, eos pro זָנָה legisse זָנַח. — חִבֵּר Pih. consocio. 2 Paral. XX. 36. Sed locus hic sine dubio in mendo cubat. — יָלַךְ, eo, ambulo. Jud. II. 12. ἐπορεύθησαν ὀπίσω θεῶν ἑτέρων, ambularunt post Deos alienos, h. e. coluerunt illos. Vide et v. 19. 1 Reg. XI. 10. Jerem. II. 5. 1 Reg. VIII. 62. ὁσίως
d πορεύεσθαι ἐν τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ, sancte vivere juxta præcepta ejus. Vide et Ezech. XI. 20. XX. 19. XXXVI. 27. Dan. IX. 10. et conf. Luc. I. 6. et Lex. N. T. s. h. v. Jon. I. 11. 13. ubi de mari fluctuante dicitur, coll. Sap. XVII. 18. Al. 1 Par. XVII. 11. τοῦ πορευθῆναι μετὰ τῶν πατέρων, ut abeas cum patribus, h. e. moriaris. — יָלַךְ et בּוֹא
e junctim. 2 Reg. X. 12. Jer. XLI. 17. — יָצָא, exeo. Exod. XIV. 8. Jud. II. 14. ubi πορεύεσθαι expeditionem facere notat. 1 Sam. XX. 11. Adde Jud. XI. 34. ubi πορεύεσθαι est i. q. ἐκπορεύεσθαι, cum quo in codd. permutatur. — יָרַד, descendo. Gen. XLIII. 5. — כִּלָּה Pih. absolvo. Jos. XIX. 51. Legerunt וַיֵּלְכוּ. — *לְכָה et לְךָ, tibi. Proverb. XII. 18. XXIV. 27. Symm. Cant. I. 8. f
In omnibus his locis deduxerunt ab הָלַךְ, ut sit imperativus in Kal. — *לָמַד, disco. Jerem. X. 2. sec. cod. Alex. ubi πορεύεσθε vel est mera emendatio librarii vel alius interpretis sensum exprimentis. Nam eum תֵּלְכוּ legisse non est verosimile. — מִלֵּא Pih. compleo. 1 Reg. XI. 6. Scil. post מִלֵּא, quod h. l. adverbialiter positum perfecte notat, omissum est הָלַךְ, quod, neglecta g
altera voce, expresserunt. — מָשַׁךְ, protraho, item secundum quosdam progredior, eo. Jud. XX. 37. — נָגַשׁ, appropinquo. Jos. VIII. 11. — נוֹזְלִים plur. fluenta. Ies. XLIV. 3. — עָבַר, transeo. Jos. III. 4. Ies. XXXIII. 21. — עָבַר עָבַר. Ies. LXII. 10. — *עוּף, deficio, viribus exhaustus sum. 2 Sam. XXI. 15. ἐπορεύθη, discessit e prœlio, seu: subduxit se in locum secretum quies- h
cendi causa, quia viribus exhaustus erat. Fortasse quoque legendum ἐπονήθη aut ἠπορεῖτο. — עָלָה, ascendo. Jos. XIX. 46. 1 Sam. VI. 9. 1 Reg. XI. 15. — *עָלַף, animi deliquium patior. Arab. علف, ebrius sum. Symm. Ies. LI. 20. ubi suspicor pro ἐπορεύθησαν reponendum esse ἠπορήθησαν, quod bene respondet voci Hebraicæ, et apud LXX ibidem legitur. — צָעָה, peragro. Ies. i
LXIII. 1. — שׁוּב, revertor. 1 Sam. I. 19. Syrus. Jer. VIII. 6. Adde Jos. XXII. 9. ubi tamen ἐπορεύθησαν, quod Montfauc. ad יָשֻׁבוּ retulit, Scharfenbergio ad sequens וַיֵּלְכוּ pertinere videtur. — שָׁלַח, mitto. 2 Reg. I. 6. Præterea legitur apud Inc. Int. 2 Sam. XV. 12. ubi sermo

est de *conspiratione* et *conjuratione*, ac leguntur verba hæc: διαβούλιον πορευόμενον καὶ στρεφούμενον. In textu Hebr. extat קֶשֶׁר אָמִץ. Nisi πορευόμενον ex ingenio suo addidit Int., duæ hic coaluerunt versiones. Est autem διαβούλιον πορευόμενον *conspiratio multorum, conjuratio, quæ cotidie latius serpit.* Fortasse autem πορευόμενον sequenti voci ἐπορεύετο ortum
b suum debet. Baruch. III. 33. πορεύεται de sole, *prodit, procedit.* Sirac. VIII. 15. πορεύεσθαι ἐν ὁδῷ μετά τινος, *familiaritatem contrahere cum aliquo* &. *communem causam facere.* Sirac. V. 2. τοῦ πορεύεσθαι ἐν ἐπιθυμίαις καρδίας σου, h. e. ut *vivas* juxta concupiscentias cordis tui. Conf. 1 Petr. IV. 3. et Vorstii Philol. S. P. I. c. 6. 1 Macc. VI. 59. τοῦ πορεύεσθαι τοῖς νομίμοις αὐτῶν pro ἐν τ. ν. α., ut
c *ambulent* aut *vivant* juxta leges suas. Vide et 1 Macc. VI. 23. Ita Plato Lib. IV. de Leg. p. 828. πορεύεσθαι δὲ τὸν νομοθέτην δεῖ πρῶτον ταύτῃ, ὅπηπερ ἂν θελήσῃ. 1 Macc. XIII. 31. δόλῳ ἐπορεύετο μετὰ Ἀντιόχου, dolose *agebat* cum Antiocho. Sir. XXXI. 8. ὃς ὀπίσω χρυσίου οὐκ ἐπορεύθη, *qui post aurum non ambulat,* h. e. Grotio interprete, *qui se servum non facit pecuniæ.*

d *ἍΜΑ ΠΟΡΕΥ'ΟΜΑΙ, *simul proficiscor.* הָגֹה הָגָה, *gemendo gemo.* Ies. LIX. 11. ἅμα πορεύσονται. Verba hæc admodum suspecta fuerunt Doederleinio, qui in notis ad versionem Lat. h. proph. p. 241. πωρέσονται restituendum ingeniose conjecit. Nam πωρέω est i. q. πένθω, teste Hesychio, cui apprime respondet Hebr. הָגָה.

e ΠΑ'ΛΙΝ ΠΟΡΕΥ'ΟΜΑΙ, *iterum proficiscor.* שׁוּב, *revertor.* Genes. XLIII. 2.

*ΠΟΡΕΥ'ΟΥ ΚΑΤΟ'ΠΙΣΘΕ'Ν ΜΟΥ, *incede post me,* h. e. sequere me לְךָ אַחַר, *tibi postea* seu *post.* Proverb. XXIV. 27. Verba Hebraica probe distinguenda conflarunt in unam enuntiationem לְךָ אַחֲרֵי. — Vide alibi αἰχμαλωσία, ἐπερωτάω, εὐθέως, et σκολιός. f

ΠΟ'ΡΕΥΣΙΣ, *ambulatio, gressus, profectio, itio.* מְלָאכָה, *opus.* Gen. XXXIII. 14. Forte hic legerunt מַהֲלָךְ, aut, ut Bielio visum est, הֲלִיכָה.

ΠΟΡΕΥΤΟ'Σ, *meabilis, permeabilis, pervius, per quem ambulare quis potest.* 2 Macc. V. 21. τὸ πέλαγος πορευτὸν θέσθαι. Formula proverbialis de iis, qui se ordinem naturæ g inversuros existimant. Addit. Esth. XIII. 2. βασιλεία πορευτός, regnum pervium, per quod quis tuto iter facere potest.

*ΠΟΡΘΕ'Ω, *diruo, everto, vasto, oppugno.* לָכַד, *capio.* Symm. Deut. II. 35. ἐπορθήσαμεν sec. cod. 108. Holm. 4 Macc. IV. 23. ἐπόρθησεν, *debellavit.* Suidas: πορθήσειας, ἕλοις, λάβοις. Hesych. πορθεῖν, προνομεύειν, h ὀλλύειν.

ΠΟΡΙ'ΖΩ, *quæstum facio, lucror, acquiro.* Symm. Cohel. IX. 11. πορίσαι, ubi nihil respondet in textu Hebr. Montfauconius perperam transtulit *præbere panem.* Sap. XV. 12. ἐκ κακοῦ πορίζειν, ex malo *lucrari.* Hesych. πορίζει, κερδαίνει.

ΠΟΡΙΣΜΟ'Σ, *quæstus.* Sap. XIII. 19. XIV. 2. Confer 1 Tim. VI. 5. 6.

ΠΟΡΝΕΙ'Α, *fornicatio, scortatio.* i *דַּעַת, *scientia.* Ies. XLVII. 10. sec. Alex. Fallor, an πρόνοια legendum sit? — זוֹנָה part. fœm. *scortans.* Jer. II. 20. — זוֹנָה, *scortum.* Mich. I. 7. — זְנוּנִים plur. Genes. XXXVIII. 24. 2 Reg. IX. 22. Ez. XXIII. 12. 29. Nahum. III. 4. ubi πορνεία *philtra* notare videtur. — זְנוּת. Num. XIV. 33. Jerem. III. 2. 9. XIII. 27. — תַּזְנוּת. Ezech. XVI. 15. 22. 24. 29. sec. Complut.

a ubi Theodoretus τὰ πορνεῖα habet. Ibid. XXIII. 7. De *legali expletione libidinis* legitur Tob. VIII. 7. ubi alii de *impudica libidine* cogitant. De *idololatria*, ut sæpe in V. T., v. c. Hos. II. 3—5. V. 3., sic etiam Sap. XIV. 12. De *impudicitia cordis* mulieris fornicariæ Sir. XXVI. 10. Suidas: πορνεία, ἡ εἰδωλολατρεία. (Hinc quoque apud Tob. IV. 13.
b de conjugio cum muliere aliena, h. e. gentili, dicitur.) — πορνεία καὶ ἡ ἀκολασία παρὰ τὸ πεπωρωμένον ἔχειν τὸν νοῦν. Conf. πορνεύω.

ΠΟΡΝΕΙ͂ΟΝ, *locus, in quo scorta se prostituunt, lupanar, domus meretricia.* גַּב, *fornix.* Symm. Theod. Ezech. XVI. 30. 38. — זוֹנָה, *meretrix.* Al. Joël. III. 3. — קוּבָּה, *lupanar.* Symmach. Num. XXV. 8.
c Nobilius ibi legit πυρῆιον, et aliquot codd. habent πυρεῖον. Sed receptæ lectioni favet Procopius pag. 423. Symmachus vero *prostibulum* exposuit. — רָמָה, *excelsum.* Ezech. XVI. 24. ubi τὰ πορνεῖα *templa idolis in excelsis exstructa* notat. — תַּזְנוּת, *scortatio.* Al. Ezech. XVI. 28. τὰ πορνεῖα. Suidas: πορνεῖα, τόποι, ἔνθα αἱ πόρναι διάγουσιν, quæ sunt desumta
d e Schol. Biseti ad Aristoph. Ran. v. 113.

ΠΟΡΝΕΥ͂Ω, *fornicor, scortor, ad idola deficio.* זָנָה, idem. Ps. LXXII. 26. Ad hunc locum respiciens Suidas: πορνεία, ἡ εἰδωλολατρεία, καὶ πόρνος, ὁ εἰδωλολάτρης, παρὰ τὸ πόῤῥω νεύειν. Ἐξωλόθρευσας πάντα τὸν πορνεύοντα ἀπὸ σοῦ, ἐμοὶ δὲ τὸ προσκολλᾶσθαι τῷ Θεῷ ἀγαθόν ἐστι. Idem Sui-
e das in v. ἐξωλόθρευσας. Psalm. l. c. pro πορνεύοντα scribendum censet πορεύοντα. Sed cum alias etiam LXX Intt. Hebr. זָנָה per πορνεύειν interpretari soleant, conjectura ejus locum non invenit. Ita Bielius. 1 Par. V. 25. Jer. III. 6. 8. Symm. Amos VII. 17. ubi vid. Montfauc. Confer etiam quæ notavi ex Jud. XIX. 2. in πορεύομαι. — * יָצָא. Inc. Jud. II. 15. ubi tamen ἐπόρνευσαν mihi videtur inepto loco positum esse, referendum nempe ad זָנוּ v. 17. nisi quis statuere malit, auctorem hujus versionis, ratione habita v. 12. et 13., יָצָא de *actionibus illicitis*, adeoque de idolorum cultu explicandum esse putasse, ut יָצָא sit i. q. סוּר מִדֶּרֶךְ v. 17. Vide ad h. l. Scharfenbergium. — עָשָׂה, *facio.* Jerem. III. 7. Spohnius ibi g
pro πορνεῦσαι ex conjectura scribit ποιῆσαι. Mihi sensum expressisse videntur. עָשָׂה *scelus flagitiumque committere* quandoque speciatim notat, ac v. 6. ei *scortatio,* h. e. *idolorum cultus,* tribuitur. — קָדֵשׁ, *cinædus.* Deut. XXIII. 17.

ΠΟ´ΡΝΗ, *meretrix, scortum.* זָנָה verbum. Ies. LVII. 3. — זֹנָה part. masc. Hos. IV. 15. — זוֹנָה. Gen. h
XXXIV. 30. XXXVIII. 15. et alibi. — אִשָּׁה זוֹנָה, *mulier scortum.* Jerem. III. 3. — זָרָה fœm. ex זָר, *aliena.* Prov. V. 3. Forsitan legerunt זוֹנָה·—קְדֵשָׁה. Gen. XXXVIII. 21. 22. — רַע, *malus.* Theod. Prov. VI. 24. πόρνης. Hic nonnullis legisse videtur רֵעַ, *sociam.* Sed sensum secuti sunt. Vide de hac voce Outhovium in Bibl. Brem. Cl. III. i
p. 448. seq.

ἘΚ ΠΟ´ΡΝΗΣ, *ex scorto,* sc. *natus, spurius.* מַמְזֵר, *spurius.* Deut. XXIII. 2. ἐκ πόρνης. Arab. مذر, *corruptus fuit,* et in Conjug. IV. *corrupit.* Alii statuunt, eos legisse מַמְזֵר, a זוּר, *alienum esse.* Confer ad h. l. Spencerum de Legibus Hebr. Ritual. Lib. I. c. 6. sect. 3. p. 105. Clemens Alex. p. 15. ὁ ἐκ πόρνης, ὃς πολλοὺς ψευδωνύμους θεοὺς ἐπιγράφεται, ἀντὶ τοῦ μόνου Θεοῦ ὄντος.

a ΠΟΡΝΙΚΟ'Σ, *meretricius.* Hinc phrasis εἶδος πορνικὸν, *species meretricia.* שִׁית זוֹנָה, *ornatus meretricis.* Prov. VII. 10. — Vide alibi οἴκημα.

ΠΟΡΝΟΚΟ'ΠΟΣ, *meretrices alens, leno.* זוֹלֵל, *comessator.* Prov. XXIII. 21. ubi tamen hac voce non *leno* designatur, sed *scortator,* qui meretricibus alendis rem familiarem exhaurit. Clemens Alex. Pæd. II. 2.
b p. 155. A. Hesych. πορνοκόπος (ita enim legendum loco πορνιοκόπος), ἑταιροτρόφος, πόρνος: ubi vide Intt. Phavorinus: πορνοκόπος. οὕτω Μένανδρος. οἱ δὲ ἀρχαῖοι πορνότριψ λέγουσιν. Substant. πορνοκοπία legitur apud Schol. Arist. Av. v. 286.

ΠΟ'ΡΝΟΣ, *scortator.* Sir. XXIII. 21. 22.

*ΠΟ'ΡΟΣ, *via, ratio excogitata*
c *aliquid efficiendi,* item, *opportunitas, occasio.* 1 Macc. XII. 40. ἐζήτει πόρον τοῦ συλλαβεῖν, quærebat *occasionem* eum comprehendi. Syrus recte usus est voce ܥܠܬܐ, *occasio.* Vulgat. omisit: *quærebat comprehendere eum.* Sic apud Arabes *viam quærere contra aliquem* est: *causam et rationem quærere aliquem male tractandi.* Vide Coran. Sur. IV. 33. Hesych.
d πόρος, ἀφορμή. Confer Suiceri Thes. Eccles. T. II. p. 810.

ΠΟ'ΡΠΗ, *fibula,* sive *orbiculus teres, quo vestimenta connectebantur.* 1 Macc. X. 89. ἀπέστειλεν αὐτῷ πόρπην χρυσῆν, mittebat illi fibulam auream, sicuti consuetudo erat dari cognatis regum, observante Grotio, qui omnino huc conferendus est. Vide et 1 Macc. XI. 58. XIV. 44.
e Lex. Cyrilli MS. Brem. πόρπην, φίβλαν, περώνην (scribe περόνην) τὴν περὶ τοῦ στήθους. Hesych. πόρπη, ὁ ἀγκὼν τῆς ἀσπίδος, εἰς ὃν ὁ πῆχυς ἀνίεται, ἢ φίβλα, καὶ τῆς χλανίδος ἡ περόνη. Suidas: πόρπη, ἡ παρὰ 'Ρωμαίοις φίβλα. Trebellius Pollio in Claudio narrat, Valerianum principem Zosimo Syriæ procuratori præcepisse, ut Claudio extra dona daret *fibulas argenteas inauratas duas* et *fibulam aream.* Et Plinius Lib. XXXIII. f
cap. 3.: "Sed in militia quoque in tantum adolevit hæc luxuria, ut M. Bruti in Philippicis epistolæ reperiantur frementes, fibulas tribunitias ex auro geri." Confer Demsterum ad Rosini Antiqu. Rom. Lib. V. cap. 31. pag. 884. seq. et Donatum Elucid. Liv. Lib. XXXIX. p. 79. seq. T. I. Opp. Critt. Gruteri, et Spanhem. Obss. in Callim. p. 65. g

ΠΟ'ΡΡΩ, *procul.* מִמֶּרְחָק, id. Ies. XVII. 13. — קָרַב, *appropinquo.* Ies. LXV. 5. πόῤῥω ἀπ' ἐμοῦ: ubi Trommio legisse videntur רָחַק. Sed erravit. Nam קְרַב אֵלֶיךָ, *accede ad te,* contrarium obtinet sensum, et idem est ac *retrocede a me, procul a commercio meo.* — רָחַק. Job. XXII. 18. — רָחוֹק. Ies. LXVI. 19. Jer. XII. 2. — מֵרָחוֹק. h
Ies. XXII. 3. — לְמֵרָחוֹק. 2 Par. XXVI. 15. Hesych. πόῤῥω, πόῤῥωθεν, μακρόθεν.

ΠΟ'ΡΡΩ 'ΑΠΕ'ΧΩ, *procul absum.* רִחַק Pih. *procul amoveo.* Ies. XXIX. 13.

ΠΟ'ΡΡΩ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *procul fio.* רָחַק. Job. V. 4.

ΠΟ'ΡΡΩ ΠΟΙΕ'Ω, *procul facio.* הִרְחִיק Hiph. *procul amoveo.* Job. i
XI. 14. XXII. 23.

ΠΟ'ΡΡΩΘΕΝ, *eminus, e longinquo.* מֶרְחָק, *longinquitas.* Ies. XIII. 5. XXXIII. 17. XLVI. 11. — *מֶרְחַקֵּי, *longinqui.* Oi Γ Ies. VIII. 9. τὰ πόῤῥωθεν pro οἱ πόῤῥωθεν. — מִמֶּרְחָק. Ies. X. 3. Jer. V. 15. — רָחוֹק. 2 Reg. XX. 14. Ies. XXXIII. 13. XLIII. 6. ἀπὸ τῆς πόῤῥωθεν, sc. γῆς, e terra longinqua. — מֵרָחוֹק. k
Job. II. 12. XXXIX. 25. — לְמֵרָחוֹק. Job. XXXIX. 29.

ΠΟΡΦΥ'ΡΑ, *purpura.* Est *ex ostreorum genere, e qua pretiosus ille*

a liquor, vena industrie pertusa, colligebatur, qui et purpura dictus est. Quomodo differat a cocco, vide supra s. κόκκος. ארגון· 2 Par. II. 7. — ארגונא Chald. Dan. V. 7. 16. 31. — ארגמן· Exod. XXV. 4. XXVI. 1. Prov. XXXI. 22. Vide et 1 Maccab. IV. 23. X. 62. 64. XIV. 43. et conf. Pollucem Lib. I. c. 4. segm. 45. seq. 1 Macc. X. 20.
b πορφύραν, purpuream vestem, στολὴν πορφυρᾶν, ut Josephus habet, ubi, ut obiter moneam, in proxime antecedentibus loco καὶ ἀπέστειλεν αὐτῷ reponendum arbitror καὶ ἀπεστείλαμέν σοι.

*ΠΟΡΦΥ΄ΡΑ 'ΕΝΔΥ΄ΟΜΑΙ, purpura induor. התימר Hithp. effero s. prædico me. Aqu. Ies. LXI. 6. Non putem, auctorem hujus ver-
c sionis, quæ Aquilæ nullo modo tribui potest, aliter legisse, sed sensum expressisse. Nam se efferre et purpura indutum esse parum differunt. Vide Lex. N. T. s. h. v. Vulg. superbietis.

ΠΟΡΦΥ΄ΡΕΟΣ, et contr. ΠΟΡΦΥΡΟΥ͂Σ, purpureus. ארגמן· Jud. VIII. 26. Esther. I. 6. VIII. 15. Cant. III. 10. — *תכלת, hyacin-
d thus. Num. IV. 7. sec. Compl. πορφυροῦν. Est alius Interpretis.

ΠΟΡΦΥΡΙ΄Σ, sc. ἐσθὴς, vestis purpurea. ארגמן, purpura. Al. Jud. VIII. 26. πορφυρίδων. Vox occurrit et apud Ælianum V. H. IX. 11. Lucianum Navig. T. II. Opp. pag. 889. et alios. Quod autem ἐσθὴς subintellegendum sit, discimus ex eodem Luciano lib. cit. p. 872.
e ubi ἐσθὴς ἁλουργὶς dicitur.

ΠΟΡΦΥΡΙ΄ΩΝ, porphyrio, nomen avis aquaticæ rostrum purpureum et pedes purpureos habentis, unde nomen nacta est. רחמה, merops. Deut. XIV. 17. — תנשמת, monedula. Lev. XI. 18. Confer de illo Aristoph. Av. v. 458. Ælian. Hist. Anim. Lib. III. c. 42. et Lib. V. c. 28. ac Athenæum Lib. IX. p. 388. et quæ inde emendat Bentleius Fragm.
f Callim. p. 349.

ΠΟΣΑ΄ΚΙΣ, quoties. כמה פעמים· — עד, usque quot vices. 2 Paral. XVIII. 15. — כמה פעמים, quot vicibus. Symmach. et LXX 1 Reg. XXII. 16. Vide et Sir. XX. 17. et confer Matth. XXIII. 37. Luc. XIII. 34.

ΠΟΣΑΠΛΩ͂Σ, quotiescunque, sæpius, multis modis. כמה, desiderio
g teneor. Ps. LXII. 2. ποσαπλῶς (alii πῶς ἁπλῶς, quam simpliciter, quomodo legit et reddit Hilarius.) σοι ἡ σάρξ μου, sc. ἐδίψησε, sæpius te caro mea desideravit. Legerunt כמה, h. e. quot, sine Mappik in He. Hesych. et Lexic. Cyrilli MS. Brem. ποσαπλῶς, πολλαχῶς, ἀναριθμήτως. Suidas: ποσαπλῶς, ποσαχῶς, ἀναριθμήτως. Hæc sumta esse ex Theo-
h doreto ad Psalm. l. c. observat Küsterus.

ΠΟΣΑΧΩ͂Σ, quotnam modis, quanto magis. כמה, desiderio teneor. Theod. Ps. LXII. 2. Legit כמה s. כמה· Vide et Sir. X. 34. ubi quanto magis notat. Sic Syrus. Hesych. ποσαχῶς, κατὰ πόσους τρόπους, πολλαχῶς. Idem post v. πῶς: ποσαχῶς, ποσαπλῶς. Lexic. Cyrilli MS. Brem. ποσαχῶς, πλειστάκις.
i

ΠΟ΄ΣΙΣ, potio, potus. משתה· Dan. I. 10. Hesych. πόσις, πόμα.

ΠΟ΄ΣΟΣ, quantus. Πόσῳ μᾶλλον, quanto magis. אף כי· Symmach. 2 Sam. IV. 11. et Job. XV. 16. — אף· Symmach. Job. IV. 19. et 2 Sam. XVI. 11. ubi Vulg. quanto magis. — כמה, tot, quot. Οἱ λοιποὶ Psalm. XXXIV. 17. πόσα, quando aut quam diu. Aqu. 1 Reg. XXII. 16.

*ΚΑΤΑ` ΠΟ΄ΣΟΝ. 3 Esdr. VIII. 78. κατὰ πόσον τί ἐγενήθη ἡμῖν ἔλεος;

anta benignitate affecit nos Deus? Hebr. כִּמְעַט רֶגַע הָיְתָה. Esdr. IX.

*ΠΟ'ΣΩι ΜΑ'ΛΛΟΝ, *quanto magis.* אַף כִּי. Symm. Job. XV. 6.

*ΠΟΤΑΜΟ'ΟΜΑΙ, *instar fluminis concurro, confluo.* נָהַר, *confluo.* Jer. LI. 44. ποταμωθήσονται sec. cod. Syr. Hex. Mediol. Tribuenda est hæc versio sine dubio Aquilæ, qui hac ficta voce Græca usus est, ut etymologiam Hebraicæ exprimeret.

ΠΟΤΑΜΟ'Σ, *fluvius*, et κατ' ἐξοχὴν Nilus et Euphrates. אֹר, *lumen.* Amos VIII. 8. Ex sententia Capelli in Critica S. p. 650. legerunt כַּיְאֹר, *sicut fluvius*, cum Chald. Paraphr. sed secundum Buxtorfium in Anticrit. p. 585. ideo sic transtulerunt, quia judicarunt, vocem כָּאֹר idem h. l. esse quod כַּיְאֹר (vocali brevi in longam mutata, et Jod extrito, euphoniæ causa forte), cum ex circumstantiis textus, tum e collatione cap. IX. 5. — יְאֹר. Exod. II. 3. περὶ τὸν ποταμὸν, circa fluvium, h. e. Nilum. Sic et Exod. IV. 9. VII. 15. Ies. VII. 18. et alibi ποταμὸς pro *Nilo* legitur. Sic etiam Ælianus Lib. I. cap. 4. ubi de canibus Ægyptiis: οὐδὲ ἀθρόως, οὐδὲ ἀνέδην, οὐδὲ ἐλευθέρως ἐκ τοῦ ποταμοῦ πίνουσιν; ubi vide Intt. — מַיִם Dual. *aqua.* Jos. IV. 7. — נָהָר, *fluvius.* Jos. XXIV. 2. πέραν τοῦ ποταμοῦ, ultra fluvium, h. e. *Euphratem.* Vide et v. 3. 14. 15. Nehem. II. 7. 9. III. 7. Jon. II. 4. ποταμοὶ ἐκύκλωσάν με, flumina, h. e. *aquæ maris*, me circumdederunt. Sic Hesiodus Theog. v. 242. Derin appellat filiam ὠκεανοῖο, τελήεντος ποταμοῖο, *oceani, rotundi fluvii.* Et Homerus Oceanum ποταμὸν appellat. Vide Liveleium ad Jon. l. c. Unde Hesychius: ποταμὸς, ὁ ὠκεανός. Conf. Drusium Obss. Lib. IX. cap. 20. Hab. III. 8. videtur ποταμοῖς vera lectio esse, quam habent Caten. Gr. Tertull. August. In altera lectione ποταμῶν videtur deesse διὰ, quod addit Hesychius. — נְהַר Chald. Dan. VII. 10. — נַהֲרָה Chald. cum ה emphat. Esdr. IV. 10. 11. 16. V. 3. VI. 6. — נַחַל, *torrens.* 1 Reg. VIII. 66. 2 Par. XX. 17. — פֶּלֶג, *rivus.* Ps. LXIV. 10.

ΠΟΤΑΜΟ'Σ ΦΕΡΟ'ΜΕΝΟΣ, *fluvius agitatus.* צֵל סֶלַע, *umbra petræ.* Ies. XXXII. 2. Hic pro more suo alia imagine ac comparatione usi sunt, sensu tamen non mutato. Houbigantio ad h. l. נחל legisse videntur.

*ΠΟΤΑΠΟ'Σ, *qualis.* Dan. XIII. 54. sec. cod. Chis. i. q. ποῖος, coll. v. 58.

ΠΟ'ΤΕ, *quando, aliquando.* אֵיפֹה, *ubi.* Job. IV. 7. — מִדַּד Pih. *metior.* Job. VII. 4. πότε ἑσπέρα; *quando* vespera? Legerunt מָתַי. — מָתַי. Job. VII. 4. πότε ἡμέρα, ὡς δ' ἂν, *quando* dies, ut. Aqu. Theod. πότε. Confer Matth. XXV. 39. — *עַד מָתַי. Incert. Prov. VI. 9. ubi πότε est *quamdiu, usque quo.* — פַּעַם, *vice.* Ies. XLI. 7. 2 Macc. XIII. 10. εἴ ποτε, *si quando.*

*ΠΟΤΕ'ΡΟΝ, *utrum.* מָה, *quid.* Symm. Cohel. XI. 5. ubi Montfauconius recte conjicit ποῦ esse legendum.

ΠΟ'ΤΕΡΟΝ ΟΥ'ΧΙ', *annon, nonne.* ה præfixum. Job. XXI. 22. πότερον οὐχὶ ὁ κύριός ἐστιν ὁ διδάσκων σύνεσιν καὶ ἐπιστήμην; *nonne* dominus est, qui docet prudentiam et scientiam? Ita etiam Job. XXII. 2. — *הֲלֹא. Job. VII. 1.

ΠΟ'ΤΗΜΑ, *potus, potio.* מִשְׁתֶּה. Jer. LI. 39. Hesych. πότημα, ποτήριον, ἢ ὁ τόπος (Stephanus bene le-

a gendum censet πότος) αὐτός. Hippocr. de Affect. p. 520. 40.

ΠΟΤΗΡΙΟΝ, *poculum*. הַשְׁקוֹת infin. Hiph. *potandum dare*. Esth. I. 8. Forte legerunt שִׁקַּת. — כּוֹס, *poculum*. Genes. XL. 13. 21. 2 Sam. XII. 3. et alibi sæpius. — *כַּיָּם, *sicut mare*. Thren. II. 13. Legerunt כּוֹס ex similitudine literarum. — מַשְׁקֶה, *irriguum pas-*
b *cuum*. Ezech. XLV. 15. Legendum ibi est ποτιστήριον.

ΠΟΤΙΖΩ, *poto, potum do*. הִגְמִיא Hiph. *sorbendum do*. Genes. XXIV. 17. πότισόν με μικρὸν ὕδωρ ἐκ τῆς ὑδρίας σου, *bibendum* mihi *præbe* parum aquæ ex hydria tua. — הִשְׁקָה Hiph. Gen. XIX. 32. ποτίσωμεν τὸν πατέρα ἡμῶν οἶνον, *bibendum præbeamus* patri nostro vinum. Vide et Genes.
c XXXIV. 43. Numer. V. 24. 27. Jud. IV. 19. Hab. II. 15. — מֶשֶׁק, *gubernator, moderator*. Aqu. Gen. XV. 2. ὁ υἱὸς τοῦ ποτίζοντος οἰκίαν μου, filius ejus, qui potum dat domui meæ. Aquila hic nonnullis accepisse videtur מֶשֶׁק pro מַשְׁקֶה per *apocopen*. Vide Kuhnium Quæst. Philol. Pentad. I. Quæst. 1. p. 1. Equidem mallem ποτίζοντα h. l. *dis-*
d *pensatorem* reddere, parte posita pro toto. — נָסַךְ, *effundo*. Ies. XXIX. 10. πεπότικεν ὑμᾶς κύριος πνεύματι κατανύξεως, *bibendum* vobis *præbuit*, seu *largiter* vobis *dedit* spiritum soporis. — שָׁאַב, *haurio aquam*, scil. jumenta potandi causa. Gen. XXIV. 19. ubi ποτιῶ est alius interpretis. — *שׁוֹק, *appeto*. Symm. Psalm. LXIV. 10. ποτίσαις αὐτήν.
e Hieronymus: *irrigas eam:* ubi aut תְשֹׁקְקֶהָ derivavit a שָׁקָה, legens תַשְׁקֶהָ, aut שׁוּק permutat h. l. suam significationem cum שָׁקָה, cujus permutationis in aliis quoque dantur exempla, v. c. כּוּר et כָּרָה, *fodere*, בּוּז et בָּזָה, *spernere*, ut jam Dathius ad h. l. recte observavit.

ΠΟΤΙΣΜΟΣ, *potus, potio*. שִׁקּוּי, *irrigatio*. Aqu. Prov. III. 8. Vide quoque Schol. Apollon. Rhod. IV. f
1247. Phavorin. s. v. ἀρδηθμὸς, et Hesych. s. ἀρδεία.

ΠΟΤΙΣΤΗΡΙΟΝ, *aquarium, aqualiculus, canalis*. מַשְׁקֶה, *irriguum*. Theod. Ezech. XLV. 15. ἀπὸ τῶν ποτιστηρίων, ubi vid. Montf. — *רְהָטִים, *canales*. Exod. II. 16. τὰ ποτιστήρια sec. cod. Oxon. quod mihi merum glossema vocis τὰς δεξαμενὰς esse videtur. — שֹׁקֶת, *ca-* g
nalis. Gen. XXIV. 20. XXX. 39. Græci ποτιστήριον alias ποτίστραι vocant. Vide Spanhemii Obss. in Callimach. p. 165.

ΠΟΤΙΣΤΗΣ, *pocillator, pincerna*. מַשְׁקֶה, idem. Aqu. Gen. XL. 1.

ΠΟΤΙΣΤΡΑΙ, *alvei*, aut *canales ad pecorum potum adornati*, a ποτίζω, *poto*. רְהָטִים, *canales*. Incert. Ex. II. 16. Strabo VIII. p. 545. C. h
Voce ποτίστρα in eodem sensu utuntur Græci hodierni.

ΠΟΤΟΣ, *potabilis*, et neutrum ponitur pro substantivo, τὸ ποτὸν, *potio, potus, id quod bibitur*. מַיִם dual. *aqua*. Job. XV. 16. — מַשְׁקֶה, *irriguum*. Lev. XI. 34. πᾶν ποτὸν, *omnis potus*. Hom. Il. Ι', 175.

ΠΟΤΟΣ, *potatio, convivium*. הַשְׁקוֹת infin. Hiph. *bibendum* i
dare. Esth. I. 8. Forte legerunt שִׁקַּת. — מִמְסָךְ, *mixtura* aut *potus mixtus*, scil. aromatibus. Proverb. XXIII. 30. 1 Sam. XXV. 36. — מִשְׁתֶּה, *convivium*. Aqu. Symmach. Genes. XXIX. 2. et Ies. XXV. 6. Symm. Prov. XV. 16. Inc. Ies. V. 2. Confer quoque 1 Petr. IV. 3. — מִשְׁתְּיָא Chald. Dan. V. 10. — שְׁתִיָּה. Esth. I. 8. 3 Esdr. V. 54.

b per πρὸς expresserit. — *שִׂיחַ Hiph. per aphæresin præformantis ה. Symm. Psalm. LIV. 5. προσλαλεῖν ἑαυτῷ, se *ipsum alloqui*, notat *meditari*. Vox Hebr. h. l. de *precibus* explicanda est. — *שִׂיחַ, *sermo*. Symm. Ps. LXIII. 2. προσλαλοῦντός μου, cum *preces facerem*. — שׁוּחַ, *incurvor*. Symm. Thren. III. 20. Pro Schin legit Sin. Sapient. XIII.
c 18. quodsi v. c. de felici connubio aut de prole preces sunt faciendæ, οὐκ αἰσχύνεται τῷ ἀψύχῳ προσλαλῶν, non pudet eum idola vita carentia *precibus adire:* ubi partim cum προσεύχεσθαι, partim cum ἐπικαλεῖσθαι permutatur. Simili modo et vernaculum einen anreden, ansprechen, *to accost, to address a person*, usurpatur.

d ΠΡΟΣΛΑΜΒΑ'ΝΩ, et in medio προσλαμβάνομαι, *assumo, præsumo, recipio*. אָסַף, *congrego*. Ps. XXVI. 16. ὁ δὲ Κύριος προσελάβετό με, Dominus autem *recepit* me. Cf. Rom. XIV. 3. — הִמְשָׁה Hiph. *extraho*. Ps. XVII. 19. προσελάβετό με ἐξ ὑδάτων πολλῶν, me *prehensum traxit* ex aquis multis. — הִקְרִיב Hiph. *appropinquare facio*. Ps. LXIV. 4.
e μακάριος, ὃν ἐξελέξω καὶ προσελάβου, beatus, quem elegisti seu dignum judicas, qui in atriis tuis commoretur. — הִשִּׂיג Hiph. a נָשַׂג. Aqu. Job. XXIV. 2. προσλαμβάνουσιν, h. e. *ad se rapiunt*. In textu Hebr. legitur: *attigerunt terminos*, scil. *alienos*. Vulg. *transtulerunt*. — לָקַח. Ps. LXXII. 23. μετὰ δόξης προσελάβου με, cum gloria *recepisti me*. Al. Exod. XII. 4. προσλήψεται, *socium* f
sibi *adjunget*, *secum sumet*. Lectionem hanc tuetur quoque auctoritas Philonis p. 507. D. Vide συλλαμβάνω. — עָשָׂה, *facio*. 1 Sam. XII. 22. ὅτι ἐπιεικῶς Κύριος προσελάβετο ὑμᾶς ἑαυτῷ εἰς λαὸν, quia Dominus clementer vos sibi *assumsit* in populum. Sap. XVII. 11. ἀεὶ δὲ προσείληφε τὰ χαλεπὰ συνεχομένη τῇ συνειδήσει, semper enim *præsumit*, h. e. g
metuit, molesta perturbata conscientia. Ita Josephus de B. J. Lib. III. c. 43. προσειλήφεισαν γὰρ ἐκ τοῦ σχήματος, μηδὲν αὐτὸν ἀρνήσεσθαι τῶν ὑπονοηθέντων. Quorsum, ut Küsterus observat, respiciens Suidas: προσειλήφεισαν, ὑπέλαβον, ἐνόησαν. Sirac. XXIII. 27. προσληφθῆναί σε ὑπ' αὐτοῦ (sec. Compl.), *amari* a Deo ob recte facta, seu est effectus favoris h
Dei ob recte facta. 2 Macc. VIII. 1. τοὺς μεμενηκότας ἐν Ἰουδαϊσμῷ προσλαβόμενοι, illos, qui permanserunt in Judaismo, *assumentes*. 2 Macc. X. 15. τοὺς φυγαδευθέντας ἀπὸ Ἱεροσολύμων προσλαβόμενοι, Hierosolymis expulsos *recipientes*.

*ΠΡΟ'ΣΛΗΨΙΣ, *assumtio, receptio*. Sirac. XIX. 20. sec. Compl. φόβος κυρίου ἀρχὴ προσλήψεως, princi- i
pium *sapientiæ* est timor Domini: ubi πρόσληψις, ut λῆμμα, מַשָּׂא, et Lat. *assumtio*, est *doctrina, sapientia*. Hesych. πρόσληψις, γνῶσις, coll. Rom. XI. 15. ubi vid. Gloss.

ΠΡΟΣΛΟΓΙ'ΖΟΜΑΙ, *imputo, supputo, acceptum fero, refero, adscribo, annumero*. חָשַׁב, *æstimo*. Levit. XXVII. 18. προσλογιεῖται αὐτῷ ὁ ἱερεὺς τὸ ἀργύριον, *imputabit* illi sacer- k
dos argentum. Jos. XIII. 3. προσλογίζεται ταῖς πέντε σατραπείαις, *annumeratur* quinque satrapiis. Psalm. LXXXVII. 4. προσελογίσθην μετὰ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον, *annumerabar* illis, qui descendunt in foveam. Conf. Baruch. III. 7. Sirac.

a VII. 17. μὴ προσλογίζου σεαυτὸν ἐν πλήθει ἁμαρτωλῶν, ne *annumerari* aut *computari permittas* te ipsum multitudini peccatorum, h. e. ne *associes te et adjungas.* Herodot. Lib. II. p. 94. 27.

*ΠΡΟΣΜΑΡΤΥΡΈΩ, *attestor, testimonium do, assevero aliquid, meo testimonio affirmo.* 3 Macc. V. 19. τῶν φίλων αὐτῷ προσμαρτυρησάντων, *b* amicis *veritatem dictorum affirmantibus.* Polyb. III. 90. Suidas: προσμαρτυρῶ, δοτικῇ, καὶ αἰτιατικῇ δέ. κ. τ. λ.

*ΠΡΟΣΜΕΙΔΙΆΩ, *arrideo.* 4 Macc. VIII. 3. Suidas: προσμειδιῶ. δοτικῇ.

ΠΡΟΣΜΈΝΩ, *permaneo, exspecto.* הוֹחִיל Hiph. a יָחַל. Jud. III. 25. προσέμειναν αἰσχυνόμενοι, *exspectabant* *c* erubescentes, s. ad pudorem usque. Symm. Exod. XXIV. 14. Sap. III. 9. πιστοὶ ἐν ἀγάπῃ προσμενοῦσιν αὐτῷ, fideles in dilectione *permanent* apud illum. Sic Marc. VIII. 2. ἡμέρας τρεῖς προσμένουσί μοι, dies tres *permanent* apud me.

*ΠΡΟΣΜΗΝΎΩ, *indico significo.* Sap. XVIII. 19. sec. cod. Alex. προσεμήνυσαν. Reliqui libri habent προεμήνυσαν.

d ΠΡΟΣΜΊΓΝΥΜΙ, *admisceo.* Vide supra in λύπη. Adde 2 Macc. XV. 20. sec. Alex. προσμιξάντων. Ita enim legendum est loco προσμειξάντων.

*ΠΡΟΣΝΈΜΩ, *attribuo, adscribo.* 4 Macc. VI. 33.

ΠΡΟΣΝΟΈΩ, *insuper mente agito et considero,* item: *adverto mentem, considero, contemplor.* הִשְׁתּוֹמֵם Hithp. a שָׁמֵם *obstupesco.* Ies. LXIII. 5. προσενόησα, *stupens circumspiciebam.* — הֲוֵה מִשְׂתַּכַּל Chald. *sum animadvertens.* Dan. VII. 8. — שׁוּר, *contemplor.* Num. XXIII. 9. Job. XX. 9. Vide et Tob. XI. 4. ubi *eminus conspicere* notat. Vulg. *vidit a longe.* Fortasse tamen ibi legendum est προενόησεν. Eædem voces permutatæ quoque reperiuntur apud Xenoph. Cyrop. VI. 3. 4. *f*

ΠΡΌΣΟΔΟΣ, *proventus, reditus.* *יְבוּלָה, *productio.* Incertus Levit. XXVI. 20. — *תְּבוּאָה, *proventus.* Inc. Lev. XIX. 25. et XXV. 3. sec. Coisl. et Lips. — תְּבוּנָה, *intellegentia.* Prov. XXVIII. 16. προσόδων. Legerunt תְבוּאוֹת vel תְּנוּבוֹת. Vide et 2 Macc. III. 3. (δι' ἐντεύξεως ἀργυρίου — καὶ προσόδου. Hesych. πρόσοδος, ἔντευξις, ἢ κέρδους *g* προσθήκη.) IV. 8. IX. 16. et XIV. 3.

ΠΡΟΣΟΔΎΡΟΜΑΙ, *adgemo, lamentor, ploro.* Sap. XIX. 3. προσοδυρόμενοι τάφοις νεκρῶν.

ΠΡΟΣΌΖΩ, *male oleo.* הִבְאִישׁ Hiph. *fœteo, putresco.* Ps. XXXVII. 5.

ΠΡΟΣΟΊΓΩ, *adaperio.* סָגַר, *claudo.* Gen. XIX. 6. τὴν δὲ θύραν προσέῳξεν ὀπίσω αὐτοῦ. Fullerus Misc. Sacr. L. III. c. 9. p. 328. pro προσέῳξεν hic *h* legendum censet προσέωσεν, a προσωθεῖν, quod notat *ostium claudere,* et quidem *trudendo* et *obnixe a se dimovendo.* Sunt autem ξ et σ literæ simillimi soni, quæ sæpius permutantur in codd. Al. ibi habet προσέαξεν, quod est aor. 1. Attic. a προσάγω, quod apud LXX aliquando respondet Hebr. הֵשִׁיב, *reverti facio.* Vide Prov. XIX. 25. *i* Juxta illam itaque lectionem verba reddi possunt: *ostium reverti faciebat post se.* Et certe ex eadem lectione in aliis Codd. προσέῳξεν corrupte enatum esse opinatur Bielius, præsertim cum in MStis litera α ita sæpius scripta sit, ut similitudinem quandam habeat cum litera ω.

ΠΡΟΣΟΝΟΜΆΖΩ, *insuper nomino, cognomino,* vel simpliciter *nomino, appello.* 2 Macc. VI. 2. Plut. *k* Vit. Alex. M. c. 54. et de Plac. Philos. I. 17.

ΠΡΟΣΟΧῊ, *attentio,* it. *attentio ad rem, tenacitas,* nam *attentus ad rem parce vivit.* Sap. VI. 19. προσοχὴ νόμων, *attentio ad leges, observatio*

a legum. Sap. XII. 20. ὀφειλομένους θανάτῳ μετὰ τοσαύτης ἐτιμωρήσω προσοχῆς, morte dignos tanta tractasti cum *lenitate*, q. d. cum tanta *attentione, ne modum excederes in puniendo.* Conf. Prol. Sir. μετ' εὐνοίας καὶ προσοχῆς. ubi προσοχὴ est i. q. ἀνοχὴ, ἐπιείκεια, *lenitas, indulgentia.* Sir. XI. 17. ἐστὶ πλουτῶν ἀπὸ προσοχῆς καὶ σφιγγίας αὐτοῦ, est qui ditescit per
b *tenacitatem* et parsimoniam suam. Hesych. προσοχὴ, κατανόησις, νῆψις.

ΠΡΟΣΟΧΘΕ´Ω, *offendor, infensus sum, indignor, aversor, abominor.* שָׁקַץ Pih. Al. Ps. XXI. 25. προσώχθησε. Hesych. οὐ προσώχθησαν, οὐκ ἀπεστράφησαν. Gloss. Brem. Οὐ προσώχθησεν, οὐκ ἐμίσησεν.

ΠΡΟΣΟΧΘΙ´ΖΩ, idem, item *abjicio.* נָעַל, *fastidio.* Lev. XXVI. 43:
c τοῖς προστάγμασί μου προσώχθισαν, præcepta mea *aversantur:* Vide et v. 15. et 44. Confer Sirac. VI. 27. 2 Sam. I. 21. ὅτι ἐκεῖ προσωχθίσθη θυρεὸς δυνατῶν, ibi *cum contemtu abjectus* est clypeus potentium. — מָאַס, *sperno.* Psalm. XXXV. 4. κακίᾳ δὲ οὐ προσώχθισε, malitiam autem non *aversatur.* — נִתְעַב Niph. *abominor.* 1 Par. XXI. 6. προσώχθισε
d ὁ λόγος τοῦ βασιλέως τὸν Ἰωάβ, *abominationi erat* verbum regis Joabo. — קוֹא *evomo. Evomere* autem est signum fastidii et aversionis. Levit. XVIII. 25. προσώχθισεν ἡ γῆ τοῖς ἐγκαθημένοις, terra *aversatur* incolas, ubi non assentior Scharfenbergio, qui eos קוּץ legisse putat: potius causam pro effectu posuerunt: Vide et v. 28. et Lev. XX. 22. — קוּט
e *fastidio.* Ps. XCIV. 11. προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, *aversatus sum* hanc generationem. Psalter. Rom. *proximus fui.* Sc. vox Græca est ambigua, et notat *offensus fui,* et *proximus fui.* — קוּץ, *tædet.* Gen. XXVII. 46. προσώχθικα τῇ ζωῇ μου, *odi vitam meam,* h. e. *diutius vivere non opto.* Num. XXI. 5. ἡ δὲ ψυχὴ ἡμῶν προσώχθισεν ἐν τῷ ἄρτῳ, animam autem nostram *tædium tenet* panis. Confer Sirac. L. 27. Num. XXII. 3. προσώχθισε f
Μωὰβ ἀπὸ προσώπου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, *abominabatur* Moab faciem filiorum Israël. — שָׁקַץ Pih. Deut. VII. 26. Ps. XXI. 25. Sir. XXV. 3. προσώχθισα σφόδρα τῇ ζωῇ αὐτῶν, valde *abominatus sum* vitam illorum. Hesych. προσώχθισα, ἐμίσησα, προσέκοψα. Suidas: προσώχθισα, ἐβδελυξάμην, δυσηρεστήθην. Lexic. Cyrilli MS. Brem. προσώχθισα, ἐβδελυξάμην, ἐμισάχθην. Rursus Suidas: προσώχθιζε, g
προσκέκρουκε, προσέκοψεν, ἀπὸ τοῦ τὰ ἐπιπηχόμενα ταῖς ὄχθαις προσκρούεσθαι.

ΠΡΟΣΟ´ΧΘΙΣΜΑ, *offensio, offendiculum, res abominanda; idolum, quo Deus offenditur, quod Deo abominationi est,* it. *quod tædio est.* אֱלֹהִים *Deus,* item: *idolum.* 1 Reg. XI. 33. Sermo ibi est de Astarte, idolo Philistæorum et Sidoniorum. — בַּעַל, *Baal, idolum.* 1 Reg. XVI. 32. ἐν οἴκῳ τῶν προσοχθισμάτων, h
in templo *idolorum.* — שַׁקֵּץ inf. Pih. *detestando.* Deut. VII. 26. — שִׁקּוּץ, *detestatio, abominatio.* 2 Reg. XXIII. 13. τῇ Ἀσὰλ τῷ προσοχθίσματι Σιδωνίων, καὶ τῷ Γαμὼς προσοχθίσματι Μωάβ, Asal *idolo* Sidoniorum, et Gamos *idolo* Moabitarum. 2 Reg. XXIII. 24. πάντα τὰ προσοχθίσματα, omnia *idola.* Vide et Ezech. V. 11. VII. 20. 3 Macc. II. 18. — תוֹעֵבוֹת
plur. Theod. Ezech. V. 11. προσοχθίσματα. Confer Orat. Manass. v. 10. Suidas: προσοχθίσματα, ἡ γραφὴ καλεῖ τὰ εἴδωλα. Sirac. XXVII. 13. διήγησις μωρῶν προσόχθισμα, narratio stultorum *tædio* seu *odiosa est.* Mallem: *aliis offendit et ad peccandum seducit.* Tigurina: *offensionem habet:* Potest etiam reddi: *narrant sua malefacta et delicta.* i

ΠΡΟΣΟΧΥΡΟ´Ω, *insuper* vel *amplius munio.* 1 Macc. XIII. 48. et 53.

ΠΡΟ´ΣΟΨΙΣ, *aspectus, facies, prospectus.* נֹכַח, *oppositio,* sec. alios

a *haustus*. Symm. Hab. I. 9. πρόσοψις τοῦ προσώπου, *pars illa vultus, qua videtur*, h. e. *vultus ipse*, seu: *facies ipsa, quæ videtur*. Hieron. *facies eorum*. Sic quoque Chaldæus. Nonnullis videntur מְגַמַּת accepisse, quasi idem esset cum לְעֻמַּת, quod *ex adverso* Hebræis significat. Bahrdtius in App. Crit. ad h. l. πρόσοψιν per *intentionem* transtulit, ut legerit:
b מְזִמַּת, *intentio ipsorum pestilentissima est*. Equidem verba Symmachi reddenda arbitror *antica facierum*, ut respexerit Arab. جحا, *apparentia, res exstans, conspicua*. — פְּאַת, *angulus*. Al. Levit. XIX. 27. πρόσοψιν τῆς κεφαλῆς. — צְפִירָה, *cidaris matutina*, sec. alios *matutinum tempus*. Symm. Ezech. VII. 7. 10. Vide supra s. v. προσκόπησις. — רֵוַהּ
c Chald. *forma*. Dan. II. 31. sec. cod. Chis. Theodot. ibi ὅρασις habet. Vide et 2 Macc. VI. 18.

ΠΡΟΣΠΑΙ'ΖΩ, *ludo, illudo, ludificor*, etiam *conversor, familiaris sum*. רָקַד, *salto*. Job. XXI. 11. τὰ δὲ παιδία αὐτῶν προσπαίζουσιν, infantes autem illorum *inter se ludunt*. Sir. VIII. 5. μὴ πρόσπαιζε ἀπαιδεύτῳ. Bie-
d lius perperam transtulit: *ne ludificeris indoctum*. (Confer Ælian. V. H. IX. 28.) Potius: *ne familiariter vivas*, aut *communionem habeas cum indisciplinato*. Vulgatus: *non communices homini indocto*, ut metaphora desumta sit a pueris, qui cum familiaribus suis ludunt et jocantur.

*ΠΡΟΣΠΑΙ'Ω, *impingo, offendo*. נָגַף, *impingo*. Symm. (sec. Euse-
e bium in Comment. p. 597.) Ps. XC. 12. ἵνα μὴ προσπαίσῃ ἐν λίθῳ ποδί σου.

ΠΡΟΣΠΑΡΑΚΑΛΕ'Ω, *insuper* vel *præterea adhortor*. 2 Macc. XII. 31. Polyb. III. 64. 11.

ΠΡΟΣΠΑ'ΣΣΩ, *adspergo, inspergo*. Tob. XI. 7. προσέπασε τὴν χολὴν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς.

ΠΡΟΣΠΕ'ΜΠΩ, *insuper mitto, admitto, deduco*. 3 Esdr. IV. 47.

ΠΡΟΣΠΙ'ΠΤΩ, *procido, irruo, ruo, accido, evenio, nuntior, pervenio*. f הִגִּיעַ Hiph. a נָגַע, *appropinquare facio*. Exod. IV. 25. προσέπεσε πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ, *procidebat* ad pedes ejus. Confer Marc. VII. 25. — יָצָא, *exeo*, h. l. *cito procedo*, ut et vernaculum herausgehen, *to go out*, usurpatur. Proverb. XXV. 8. μὴ πρόσπιπτε εἰς μάχην ταχέως, ne *irruas* in contentionem celeriter. Jaegerus conjicit πρόπιπτε, *ne præceps ruas*. (Προπίπτειν εἰς μάχην, ut g εἰς φιλοπονίαν προαχθέντας, εἰς ἡδονὰς ἐκκυλισθέντας apud Xenoph. Mem. I. 2. 22. ubi vid. Ernesti et Ruhnkenius.) Sed προπίπτειν eundem sensum fundit. — כָּרַע, *incurvo me*. Ps. LXXI. 9. ἐνώπιον αὐτοῦ προσπεσοῦνται Αἰθίοπες, coram illo *procident* Æthiopes. Ps. XCIV. 6. προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν αὐτῷ, adoremus et *procidamus* coram illo. Ita Luc. VIII. 47. προσπεσοῦσα αὐτῷ. Ita etiam h Polybius et Plutarchus locuti sunt. Vide Raphelii Annotatt. Polybian. ad Marc. III. 11. et Elsnerum ad eundem locum p. 137. — נָפַל, *cado*. Gen. XXXIII. 4. προσέπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, *eum amplexus est*. Esth. VIII. 3. προσέπεσεν ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ, *procidebat* ad pedes ejus. — הִתְנַפֵּל Hithp. *prosterno me*. Al. Esdr. X. 1. προσπίπτων. Præterea legitur Prov. XXV. 20. ubi verbis i προσπεσὸν πάθος ἐν σώματι nihil in textu respondet, et omnino videndus est Jaegerus. 3 Esdr. II. 17. ὁ τὰ προσπίπτοντα, sc. γράφων, qui scribit illa, quæ *accidunt*. Confer v. 25. et Joseph. A. J. XI. 2. p. 549. Haverc. ubi idem Rathymus dicitur ὁ πάντα τὰ πραττόμενα γράφων. Suidas: προσπέσῃ, συμβῇ. Lexic. Cyrilli MS. Brem. τὰ προσπίπτοντα, τὰ ἀπαντῶντα, τὰ συμβαίνοντα. 3 Esdr. VIII. 9. προσπεσόντος δὲ τοῦ γραφέντος προστάγματος παρὰ Ἀρταξέρξου βασιλέως πρὸς

a Ἔσδραν, cum autem mandatum scriptum ab Artaxerxe rege *perveniret* ad Esdram. 3 Macc. IV. 1. πάντη δὲ, ὅπου προσέπιπτε τοῦτο τὸ πρόσταγμα: ubi etiam προσπίπτειν est *pervenire, annuntiare*. Polyb. V. 101. 3. ἡ φήμη προσπίπτει αὐτοῖς. Sic διαπίπτειν quoque usurpatur a Josepho de B. J. II. 16. p. 186. ἐμοὶ διαπίπτει ὁ λόγος. Sirac. XXV. 23. μὴ προσπέ-
b σῃς ἐπὶ κάλλος γυναικὸς, ne *capiaris* pulchritudine mulieris. Vulg. *ne respicias*. Legit προσίδῃς. 2 Macc. V. 10. προσπεσόντων δὲ τῷ βασιλεῖ περὶ τῶν γεγονότων, cum autem *nuntiarentur* seu *innotuissent* regi, quæ facta essent. Vide et 2 Macc. VIII. 12. IX. 3. XIII. 1. 3 Macc. I. 16. loco προπεσόντων codex Alex. habet προσπεσόντων. Suidas: προσπεσόντων, ἀγγελθέντων, Πολύβιος· προσπεσόντων δὲ
c τούτων εἰς Τάραντα, καὶ τοὺς Τυρίους, ἠγανάκτει τὰ πλήθη. Idem Suidas: προσπιπτούσης, ἀντὶ τοῦ ἀγγελλομένης.

ΠΡΟΣΠΛΟΚΗ', *complexus*. פִּי תַחְרָא, *os loricæ*. Aqu. sec. cod. Basil. Exod. XXVIII. 32. Mihi hæc nota hexaplaris admodum suspecta est.

ΠΡΟΣΠΟΙΕ'Ω, proprie *facio, ut*
d *meum sit, acquiro*. Sir. XXXI. 35. προσποιῶν τραύματα, *acquirens* vulnera.

*ΠΡΟΣΠΟΙΕ'ΟΜΑΙ, *vindico mihi, acquiro, in potestatem redigo*, it. *simulo*. הֵשִׁית Hiph. a שׁוּת, *pono*. Inc. 2 Sam. XIII. 20. μὴ προσποιοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ σου τοῦ λαλῆσαι, h. e. interprete Montfauconio: *ne simules in corde tuo, ut loquaris*. Versio hæc
e nullum plane sensum fundit, et a textu Hebr. est admodum aliena. Quid si legatur προσπονοῦ? Favet huic conjecturæ Vulgatus Int. (qui habet: *neque affligas cor tuum pro hac re*), et ipsa formula Hebr. הֵשִׁית אֶת לֵב, seq. ל, quæ h. l. notat *in animum revocare* s. *angi*, cui tamen obstare videtur τοῦ λαλῆσαι. Sed illud τοῦ λαλῆσαι sine dubio huc e versione LXX Intt. irrepsit, atque ejus loco substituendum erit τῷ ῥήματι τούτῳ ex f
Vulgato Int. hoc sensu: *ne affligaris aut mœrore te confici patiaris per hoc inhoneste factum*. — *הִתְהֹלֵל, *fingo me furere*. 1 Sam. XXI. 13. προσεποιήσατο sec. cod. Vat. ubi supplendum est μαίνεσθαι, aut μανίαν. E quo tamen loco luculenter apparet, προσποιέομαι etiam notare *fingo me aliquid esse aut facere, affecto, simulo*. Præterea legitur Dan. XIII. 10. sec. cod. Chis. ἕτερος τῷ ἑτέρῳ οὐ προσ- g
εποιεῖτο τὸ κακὸν, pro quo in Cod. Vat. legitur οὐκ ἀνήγγειλαν ἀλλήλοις κ. τ. λ. ubi, si lectio sana est, προσποιεῖσθαι erit *communicare cum altero, notum facere*, aut, deleto οὐ, per *celare, occultare*, reddendum erit. Confer Theod. v. 10. et 11. Hesych. προσποιεῖται, σχηματίζεται. Photius Lex. προσποιεῖται, οἰκειοποιεῖται, ἢ πλάττεται καὶ ὑποκρίνεται.

*ΠΡΟΣΠΟΙΕ'ΟΜΑΙ ΚΟΛΑΚΕΥ- h
ΩΝ, *simulo adulans*, seu *in speciem adulor*. חָנַן. Symmach. (sec. cod. Reg.) Job. XIX. 17. προσεποιούμην κολακεύων, quæ vera lectio mihi videtur. Προσεκαλούμην, quod habet Cod. Colbert., e versione Alex. mihi irrepsisse videtur.

ΠΡΟΣΠΟΙΕ'ΟΜΑΙ 'ΕΝΟΧΛΕΙ'ΣΘΑΙ, *simulo, me morbo vexari*. הִתְחוֹלֵל Hithp. idem. 2 Sam.
XIII. 5. προσποιοῦ ἐνοχλεῖσθαι, *mor-* i
bum simula. Conf. Luc. XXIV. 28. et Ælian. V. H. VIII. 5.

ΟΥ' ΠΡΟΣΠΟΙΕ'ΟΜΑΙ, *non vindico mihi, non pro meo agnosco, negligo*. חָדַל, *desisto*. Job. XIX. 14. οὐ προσεποιήσαντό με οἱ ἐγγύτατοί μου, non *vindicarunt me sibi, non pro suo me vindicarunt*, vel: *neglexerunt me proximi mei*. Ita apud Suidam v. προσποιεῖται in fragmento Incerti: οἱ δὲ οὐ προσποιοῦνται κακουμένους Ῥωμαίους, καίπερ αὐτῶν φίλοι ἐκ παλαιοῦ ἐς τὰ μάλιστα ὄντες. Apud Hesych. οὐ προσεποιήσαντο redditur: οὐκ ἠγάπησαν.

ΠΡΟΣΠΟΡΕΥ'ΟΜΑΙ, *accedo*, it. *adhæreo, partes sequor, familiaritatem contraho.* בּוֹא, *venio.* 2 Par. XIII. 9. — גּוּר, *peregrinor.* Lev. XIX. 34. Num. XV. 24. — הָלַךְ, *eo.* Gen. II. 14. Jos. VIII. 35. τοῖς προσηλύτοις τοῖς προσπορευομένοις τῷ Ἰσραὴλ, proselytis, qui *adhærent* Israëli, vel qui *partes sequuntur* Israëlis, aut *familiaritatem contraxe-*
b *runt* cum Israëlitis. Sic Sirac. XII. 18. τὸν προσπορευόμενον ἀνδρὶ ἁμαρτωλῷ. — נִבְדַּל Niph. a בָּדַל, *separo me.* Nehem. X. 28. πᾶς ὁ προσπορευόμενος ἀπὸ λαῶν τῆς γῆς πρὸς νόμον τοῦ Θεοῦ, omnis, qui a gentibus terræ (separans sc. se ab idololatria) ad legem Dei accedebat, h. e. omnis proselytus. — נָגַשׁ, *appropinquo.* Exod. XXIV. 14. ἐάν τινι συμβῇ κρίσις, προσ-
c πορευέσθωσαν αὐτοῖς,' si alicui accidat lis, *accedat* ad illos. Suidas: προσπορευομένων, προσερχομένων μεθ' ἱκετηρίας. Προσπορευομένων δ' αὐτῷ τῶν ἠδικημένων, τοὺς μὲν διέσυρε χλευάζων, τῶν δὲ κατανίστατο, τοὺς δὲ ἐξέπληττε λοιδορῶν. Sunt verba Polybii Lib. IV. c. 3. annotante Küstero. Conf. Marc. X. 35. Ex. XXX. 20. ὅταν προσπορεύωνται πρὸς τὸ θυσιαστήριον, si *accedant* ad
d altare. — קָרַב, idem. Ex. XXXVI. 2. προσπορεύεσθαι πρὸς τὰ ἔργα, *accedere* ad opera. — קָרֵב, verbale. Numer. I. 51. III. 38. XVIII. 7. Προσπορεύεσθαί τινι notat *rem habere, matrimonium inire.* Tob. VI. 21.

*ΠΡΟΣΠΡΟΑ'ΓΩ. 3 Esdr. I. 33. sec. cod. Alex. τὰ δὲ προσπροαχθέντα. Legendum προπραχθέντα, aut potius προσπροπραχθέντα.

e *ΠΡΟΣΠΡΟΠΡΑ'ΣΣΩ, *præterea prior* s. *prius ago.* Vide s. v. προσπροάγω.

ΠΡΟ'ΣΠΤΑΙΣΜΑ, *offendiculum.* מוֹקֵשׁ, *laqueus.* Aquila Exod. X. 7. Hesychius: πρόσπταισμα, πρόσκομμα. Idem: προσπταίοντες, προσκρούοντες, προσκόπτοντες.

ΠΡΟΣΠΥΡΟ'Ω, *amplius accendo,* item simpliciter *incendo.* 2 Macc. XIV. 11. ubi tamen sensu metaphorico adhibetur, ut sit *magis ad* f
iram impellere et incitare. Verba sunt: προσεπύρωσαν τὸν Δημήτριον. Syrus: *incendebant iram Demetrii.*

ΠΡΟΣΡΑΙ'ΝΩ, *aspergo, spargendo adjicio.* הִזָּה Hiph. a נָזָה, idem. Lev. IV. 6. VIII. 29. s. 30.

ΠΡΟ'ΣΡΗΞΙΣ, *impetus.* זֶרֶם, *inundatio.* Aqu. Symm. Hab. III. 9. πρόσρηξις τῶν ὑδάτων, impetus aquarum. Schol. Hom. Il. Α', 34. Sic et verbum προσρήγνυμι significat *ir-* g
ruo, impetum facio, et de *fluvio vehementi* usurpatur. Luc. VI. 48. προσέῤῥηξεν ὁ ποταμὸς τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ. Suidas: προσρῆξαν, προσαράξαν.

ΠΡΟΣΡΗ'ΣΣΩ vel ΠΡΟΣΡΗ'ΓΝΥΜΙ, *illido, allido, affligo terræ, disrumpo, confringo.* נָפַץ Pih. *disrumpo.* Aqu. Ps. II. 9. προσρήξεις αὐτοὺς, *allides eos.* Sic ῥήσσειν Marc. IX. 18. Idem Ies. XXVII. 9. προσεῤῥαγμένους. Vide Eustathium in Il. Α', p. h
98. 48.

ΠΡΟΣΣΙΑΛΙ'ΖΩ, *spuo in aliquem, salivam emitto contra aliquem, adspuo, despuo.* רָקַק. Lev. XV. 8. προσσιαλίσῃ secundum libros nonnullos. In cod. Vat. legitur: προσσιελίσῃ, quod idem notat.

*ΠΡΟΣΣΙΕΛΙ'ΖΩ, idem: nam σίελος pariter ac σίαλος scribitur. Vide s. v. προσσιαλίζω.

ΠΡΟΣΣΥΜΠΛΕ'ΚΟΜΑΙ, *simul* i
adhæreo. הִתְחַבְּרָה Hithp. *misceo me.* Al. Dan. XI. 10. προσσυμπλακήσεται.

*ΠΡΟΣΤΑΓΗ', *edictum.* מִלָּה Chald. *verbum.* Dan. III. 28. Lycophr. Alex. v. 138. Schol. Thucyd. IV. p. 305. 92. Schol.

ΠΡΟ'ΣΤΑΓΜΑ, *præceptum, mandatum, edictum, jussus.* בְּכוֹרָה, *primogenitura.* Deut. XII. 6. sec. Ald. Scilicet lege Mosaica præscriptum

a erat, ut primogenita Deo consecrarentur. Ergo libere verterunt, nec de varia lectione cogitandum erit. — דָּבָר, *verbum*, it. *præceptum*. Gen. XXIV. 50. ubi alii libri πρᾶγμα habent. Videtur esse alius interpretis. Deuter. XV. 1. XIX. 4. Jos. VIII. 27. Οἱ ἄλλοι Prov. XXV. 2. ubi vide supra s. πρᾶγμα. Adde Dan. IX. 2. sec. Chis. coll. v. 12.
b — דָּת, *lex*. Esth. VIII. 14. — דָּבָר וְדָת, *verbum et lex*. Esth. II. 8. — חֹק, *statutum*. Genes. XLVII. 26. Exod. XVIII. 16. 20. Job. XXVI. 10. ubi πρόσταγμα *terminum, finem non transgrediendum* notat, æque ac Ps. CXLVIII. 6. Adde Symmach. Prov. XXXI. 15. ubi *præscriptam portionem alimentorum* notat, i. q. σιτομέτριον in N. T. Symm. Psalm.
c XCIII. 20. Theod. Mich. VII. 5. — חֻקָּה, idem. Lev. XVIII. 4. 5. XIX. 37. XX. 8. et alibi sæpius. — יָד, *manus*. Job. XXVI. 13. יָד h. l. *potentiam divinam* notat, quæ etiam innuitur in SS., si Deo *loquela* tribuitur. — *יִרְאַת, *timor*. Proverb. XIV. 27. Legerunt תּוֹרַת, ut cap. XIII. 14. sensu non incommodo. — *מִלְּתָא Chald. *verbum*. Dan.
d II. 15. sec. cod. Chis. — מִצְוָה. Ex. XX. 6. Lev. IV. 2. XXVI. 14. et alibi. — מִשְׁמֶרֶת, *observatio*, etiam *quod est observandum*. Gen. XXVI. 5. Levit. XVIII. 30. Zach. III. 7. — מִשְׁפָּט, *jus*. Levit. XVIII. 26. XIX. 37. Psalm. VII. 7. — נְשָׁמָה, *halitus*. Job. IV. 9. Non legerunt מִמִּצְוַת, ut nonnullis placuit, sed rem expresserunt, non vocis pro-
e prietatem. Nam flatus iste Dei est ejus *imperium*. — פֶּה, *os*, et metonymice *ore prolatum*. Lev. XXIV. 12. Num. IX. 18, 20, 23. et alibi sæpius. — *פִּקּוּד, *mandatum*. Inc. Ps. XVIII. 9. Aqu. et Ed. Quinta Psalm. CXVIII. 56. — תּוֹרָה, *lex*. 2 Paral. XIX. 10. Jerem. XXXII. 23. De *lege Mosaica* adhibetur Job. I. 6. coll. Baruch. IV. 1. Sir. I. 5. 3 Esdr. VII. 4. *sententia, manda-* f *tum*, Chald. טְעֵם Esdr. VI. 14. 3 Esdr. VIII. 8. *scriptum, epistola, qua aliquid mandatur*, Chald. נִשְׁתְּוָן Esdr. VII. 11.

ΠΡΟ´ΣΤΑΞΙΣ, *ordinatio*, it. *sumtus ordinatus, constitutus*. 2 Macc. IX. 16. sec. Alex. et Compl. In reliquis libris legitur σύνταξις.

ΠΡΟΣΤΑΡΑ´ΣΣΩ, *amplius* vel *præterea turbo*. Sir. IV. 3. καρδίαν g παρωργισμένην μὴ προσταράξῃς.

ΠΡΟΣΤΑ`Σ, *porticus, vestibulum, spatium vacuum inter porticus, ante januas conclavium porrectas in ædificiis Græcis*, ut testatur Vitruvius Lib. VI. c. 10. אוּלָם, *vestibulum*. Aqu. sec. primam edit. Ex. VIII. 16. προστάδα, ubi vid. Montfauconius. — מִסְדְּרוֹנָה, *excubitorium*. Jud. III. 23. Hesychius: προστάς, ἡ προστῷον.

ΠΡΟΣΤΑΤΕ´Ω, *præfectus sum, præsum*. Esth. II. 9. sec. Vet. Alt. 1 Maccab. XIV. 47. Vide et Sirac. XLV. 33. ubi pro προστάτην Grotius bene legendum censet προστατεῖν ἁγίων καὶ λαοῦ αὐτοῦ, ut præesset sanctis et populo ipsius.

ΠΡΟΣΤΑ´ΤΗΣ, *præfectus, antistes, qui rei alicui præest, eamque ad-* i *ministrat*. נִצָּב part. Niph. a יָצַב, *constitutus*. 2 Paral. VIII. 10. — פְּקֻדָּה, *præfectura*. 2 Par. XXIV. 11. — פָּקִיד, *præfectus, præses*. 2 Par. XXIV. 11. — שַׂר, *princeps*. 1 Par. XXVII. 31. XXIX. 6. Vide et 3 Esdr. II. 12. Hebr. נְשִׂיא Esdr. I. 9.

ΠΡΟΣΤΑ´ΤΤΩ, *præcipio, mando*. אָמַר, *dico*. Jon. II. 11. — הָלַךְ *re-*

a velo. Esth. III. 14. — דְּבַר יָצָא, *verbum exit.* Esth. I. 19. — דִּבֵּר Pih. *loquor.* Jos. V. 14. — מַאֲמַר, *edictum.* Esth. I. 15. — מִנָּה Pih. *paro.* Jon. II. 1. IV. 7. ubi libere transtulerunt. — מִפְקָד, *mandatum.* 2 Par. XXXI. 13. — מִצְוָה, idem. Ies. XXXVI. 21. — פָּרַץ, *erumpo.* 2 Par. XXXI. 5. Arab. فرض, *præcipere, constituere.* — צִוָּה Pih.
b Gen. XLVII. 11. L. 2. Symm. Ps. LXVII. 29. πρόσταξον, ubi pro צִוָּה in præterito legerunt aliis punctis צַוֵּה in imperativo. Hieronymus autem legisse videtur προστάσσει. Vertit enim *præcipit.* 3 Esdr. VIII. 11. ubi est *per mandatum alicui concedere aliquid,* i. q. nos einem etwas bewilligen, *to grant a person something.* 3 Esdr. VI. 23. Chald. שׂוּם
c טְעֵם, *mitto sententiam,* h. e. *mando.* Esdr. VI. 1. Vide s. συντάσσω.

*ΠΡΟ'ΣΤΕ ΔΕ', *ad hæc vero.* גַּם, *etiam.* Symm. Cohel. IX. 1. LXX habent: καίγε.

ΠΡΟΣΤΙ'ΘΗΜΙ, *appono, addo, adjicio, augeo, colligo,* et προστίθεμαι, *adjungo me partibus alicujus, transeo in partes, associo me, adhæreo.* אָסַף, *congrego.* Gen. XXV. 8. προσ-
d ετέθη πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, *adjungebatur* populo suo, h. e. *moriebatur.* Vide et Gen. XLIX. 29. 32. Num. XX. 24. XXVII. 13. XXXI. 2. Gen. XXV. 17. προσετέθη πρὸς τὸ γένος αὐτοῦ, *adjungebatur* familiæ suæ. Vide et v. 29. Num. XX. 26. Ἀαρὼν προστεθεὶς (sc. πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ), ἀποθανέτω ἐκεῖ, Aaron *adjungatur* populo suo, et moriatur ibi. Confer
e Num. XXVII. 13. Jud. II. 10. προσετέθησαν πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν, *adjuncti sunt* patribus suis. Confer Act. XIII. 26. et Fesselii Adversaria Sacr. Lib. IV. c. 6. pag. 362. 2 Reg. XXII. 20. προστίθημί σε πρὸς τοὺς πατέρας σου, *adjungo* te patribus tuis. Vide et 2 Paral. XXXIV. 28. Jud. XVIII. 25. προσθήσεις τὴν ψυχήν σου καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ οἴκου σου, scil. πρὸς τοὺς πατέρας f
σου, adjunges animam tuam et animam familiæ tuæ patribus tuis, h. e. *morti trades,* vel: *auctor eris mortis tuæ et familiæ tuæ.* Confer quæ in h. v. post Hebr. יָסַף allata sunt ex Proverb. XIX. 19. 1 Sam. XV. 6. μὴ προσθῶ σε μετ' αὐτοῦ, sc. πρὸς τοὺς πατέρας σου, ne adjungam te patribus tuis cum illo, h. e. ne te *morti tradam,* vel: *occidam* cum illo. Ita quoque ibi Inc. Int. In g
omnibus hisce locis LXX יָסַף nonnullis legisse videntur. Job. XXVII. 19. pro προσθήσει legendum est προσθήσεται. Nam in textu Hebr. legitur יֵאָסֵף. — *גֶּשֶׁם, *imber.* Zach. XIV. 17. Legerunt vel הַגֵּשֵׁשׁ, *palpatio,* vel הַגִּשָׁם, *accedere eos,* inf. Hiph. a נָגַשׁ, *accedo.* — *דּוֹבֵב, *leniter incedens et quasi irrepens.* Symm. Cant. VII. 9. προστιθέμενος. h
Sensum expressit. *Ita leniter incedens per labia ac dentes, ut quasi conjunctum cum iis videatur vinum.* E Grotii sententia דוֹבֵק legisse videtur. — דָּבַק, *adhæreo.* Deuter. XIII. 4. πρὸς αὐτὸν προστεθήσεσθε, ejus *partes sequemini.* Jos. XXII. 5. sec. Compl. Ib. XXIII. 12. ἐὰν γὰρ ἀποστραφῆτε, καὶ προσθῆσθε τοῖς ὑπολειφθεῖσιν ἔθνεσι τούτοις, si enim deficiatis, i
et *in partes transeatis,* vel: *partes sequamini* harum gentium. Ita Plutarchus in Arato p. 1038. Μεγαρεῖς τε γὰρ ἀποστάντες Ἀντιγόνου, τῷ Ἀράτῳ προσέθεντο, *Megarenses, cum ab Antigono defecissent, Arati partes secuti sunt.* Ita et alii profani. Vide auctores Wolfio ad Act. II. 41. p. 1044. citatos. — דִּבֵּר, *loquor.* Symm. Cant. VII. 10. προστιθέμενος. Legit

a דִּבֵּק. — הֵעִיר Hiph. ab עוּר, *excito.* Ies. L. 4. προσέθηκέ μοι ὠτίον τοῦ ἀκούειν, *apposuit* mihi aurem ad audiendum. Libere verterunt. — הִרְבָּה Hiph. *multiplico.* Exod. XXX. 15. ὁ πλουτῶν οὐ προσθήσει, sc. τί, dives non plus *conferet.* — הֵשִׁית Hiph. a שִׁית, *pono.* Ps. LXI. 10. μὴ προστίθεσθε καρδίαν, h. e. ne *nimis ametis,* aut *studeatis.* Conf. infra s. v. τάσ-
b σω. — הֵתֵל Pih. *illudo.* Job. XIII. 9. εἰ γὰρ τὰ πάντα ποιοῦντες προστεθήσεσθε αὐτῷ, si enim omnia facientes *adhæreatis* illi. N. L. — חָבֵר, *socius.* Ex. XXXVII. 16. τοὺς προστιθέντας αὐτῷ, qui *partes* ejus *sequuntur.* — טָפַל, *assuo.* Symm. Job. XIII. 4. ubi προστίθεσθαι ψεύσματι, *adjungi mendacio,* est *fabricari,* seu: *concinnare mendacia.*—יָסַף : נוֹסַף :
c הוֹסִיף : הוּסַף, Kal, Niph. Hiph. et Hoph. Gen. IV. 2. προσέθετο τεκεῖν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, *iterum* peperit fratrem ejus. Genes. VIII. 12. οὐ προσέθετο τοῦ ἐπιστρέψαι πρὸς αὐτὸν ἔτι, non *iterum* revertebatur ad illum. Vide et Levit. XXVI. 18. Numer. XXII. 15. Deut. XXV. 3. et conf. Luc. XX. 11. Act. XII. 3. Genes. XXV. 1. προσθέμενος Ἀβραὰμ ἔλαβε
d γυναῖκα, *iterum* Abraam sumebat uxorem. Exod. I. 10. προστεθήσονται καὶ οὗτοι πρὸς τοὺς ὑπεναντίους, *transibunt* et hi *in partes* adversariorum. Lev. XXVII. 13. προσθήσει τὸ ἐπίπεμπτον πρὸς τὴν τιμὴν αὐτοῦ, *addet* quintam partem pretio ejus. Vide et Num. V. 7. Deut. XIX. 9. προσθήσεις σεαυτῷ ἔτι τρεῖς πόλεις, *addes* tibi adhuc tres urbes. 1 Reg. XII. 11. et 14. προσθήσω (sc. τί) ἐπὶ τὸν κλοιὸν
e ὑμῶν, *addam* aliquid jugo vestro. 2 Par. IX. 6. προσέθηκας (sc. τί) ἐπὶ τὴν ἀκοήν, *addidisti* aliquid famæ. Vide et 2 Par. X. 11. 14. Esdr. X. 10. Job. XXIX. 1. ἔτι δὲ προσθεὶς Ἰὼβ εἶπε, tunc *pergebat* Jobus in carmine suo. Vide et Job. XXXVI.

1. et confer Luc. XIX. 11. ac quæ ex Aristotelis Rhet. III. c. 5. extr. notat Schwartzius ad Olearium de Stilo N. T. pag. 125. Prov. X. 28. f
φόβος κυρίου προστίθησι ἡμέρας, timor domini *auget* dies. Vide et Cohel. I. 18. Proverb. XIX. 19. τὴν ψυχὴν αὐτοῦ προσθήσει, sc. πρὸς τοὺς πατέρας, h. e. *auctor* erit *mortis suæ.* Cohel. I. 16. προσέθηκα σοφίαν ἐπὶ πᾶσιν, h. e. omnes sapientia *superavi.* Vide et Coh. II. 9. — נָדַף, *impello.* Theod. et LXX Job. XXXII. 13. κυρίῳ προσθέμενοι, Domino *adhærentes.* N. L. — נִלְוָה, *adjungo me,* Niph. Num. XVIII. 2. προστεθήτωσάν σοι, g
adjungant se tibi, pro quo v. 4. legitur προστεθήσονται πρός σε. Vide et Ies. XIV. 1. Esth. IX. 27. ἐπὶ δὲ προστιθεμένοις ἐπ' αὐτῶν, super illos, qui *adjungerent* se ipsis. Dan. XI. 34. προστεθήσονται ἐπ' αὐτοὺς πολλοί, multi sese illis *adjungent.* Adde Inc. Zach. II. 11. — נָפַל, *cado.* 2 Par. XV. 9. προσετίθεντο πρὸς αὐτὸν τοῦ Ἰσραὴλ πολλοί, *transibant in partes* ejus multi Israëlitæ. Sic in l. vernacula: *einem zufallen, to side* h
with a person, to take his part. — נִצַּל Niph. *evado.* Deut. XXIII. 15. ὃς προστίθεταί σοι παρὰ τοῦ κυρίου αὐτοῦ, qui *in partes* tuas *transiit* a domino suo. — נָתַן, *do.* Levit. XIX. 14. ἀπέναντι τυφλοῦ οὐ προσθήσεις σκάνδαλον, coram cœco non *appones* aut *pones* offendiculum. Adde Genes. XXIX. 33. sec. MS. Oxon. ubi cum προσδίδωμι permutatur in codicibus. — סָפוּ, *dissipo.* Amos III. i
15. Legerunt וְיָסְפוּ a יָסַף, *addidit.* — סָפָה : נִסְפָּה, Kal et Niph. *perdo, consumor.* Num. XXXII. 14. προσθεῖναι (sc. τί) ἔτι ἐπὶ τὸν θυμὸν τῆς ὀργῆς κυρίου, ut *adderetis* adhuc aliquid ad excandescentiam iræ Domini, vel: ut *augeretis* excandescentiam iræ Domini. 1 Sam. XII. 25. ὑμεῖς καὶ ὁ βασιλεὺς ὑμῶν προστεθήσεσθε, sc. πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν, vos

a et rex vester *adjungemini* patribus vestris, h. e. *moriemini*. Alii ibi habent ἀπολεῖσθε. Non permutarunt invicem סָפַח et סָפָה, sed vox סָפָה præter *perdendi* etiam *addendi* notionem habet, ut apparet e reliquis locis hic adductis. Vide et 1 Sam. XXVI. 10. 1 Sam. XXVII. 1. προστεθήσομαι ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ εἰς χεῖρας Σαοὺλ, *incidam* in die quodam in
b manus Sauli. Ies. XXX. 1. προσθεῖναι ἁμαρτίας ἐφ' ἁμαρτίας, peccata peccatis *cumulare*. Confer Sir. III. 26. — סָפַח, *associo*. Ies. XIV. 1. προστεθήσεται πρὸς τὸν οἶκον Ἰακὼβ, *associabit se* domui Jacob. — סִפֵּר Pih. *narro*. Ps. LXVIII. 31. ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθηκαν, sc. τί, dolori vulnerum meorum *addiderunt* aliquid. Legerunt יִסְפוּ aut
c יוֹסִיפוּ, a יָסַף, Hiph., *addere*. — עָנָה, *respondeo*. Exod. XXIII. 2. οὐ προστεθήσῃ μετὰ πλήθους, non *adjungas* te multitudini. — עָרַךְ, *ordino*. Exod. XL. 21. προσέθηκεν ἐπ' αὐτῆς τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως, *certo ordine apposuit* in illa panes propositionis. Vide et Levit. XXIV. 8. Symmach. Job. XXIII. 3. ubi προστιθέναι ἔμπροσθεν τινὸς metaphorice
d sumtum notat *proponere alicui aliquid ad examinandum et dijudicandum*. Symm. Prov. IX. 2. προσέθηκεν, *apposuit* aut *cibis instruxit*. Vide supra s. παρατάσσω. — *צָבָה, *intumesco*. Num. V. 27. ubi loco προσθήσεται, quod habet ed. Ald., legendum πρησθήσεται aut πρισθήσεται. — *רָקַע, *expando*. Num. XVI. 39. ubi pro προσέθηκαν alii habent περιέθηκαν, quod textui Hebr. magis convenit. — שׁוּב,
e *revertor*. 2 Reg. I. 11. — שָׁנָה, *itero*. Job. XXIX. 22. ἐπὶ τῷ ἐμῷ ῥήματι οὐ προσέθεντο, sc. τί, verbo meo non *addebant* aliquid. Præterea legitur Dan. VI. 28. sec. Chis. ὁ βασιλεὺς Δαρεῖος προσετέθη πρὸς τὸ γένος αὐτοῦ, rex Darius *mortuus* est, ubi nihil legitur in textu. Sic etiam vox πρόσθεσις. 1 Paral. XXII. 15. apud LXX pariter ac alios Intt. ex fine antecedentis commatis, ubi תוֹסִיף legitur, additum est. Vulgatus: f
habes quoque plurimos artifices, ubi fortasse legendum *habe*, sc. *tibi*, h. e. *assume*. Sirac. V. 5. προσθεῖναι ἁμαρτίαν ἐφ' ἁμαρτίαις, peccata peccatis *accumulare*. Sir. XVIII. 5. τίς προσθήσει, quis *adjiciet* seu, *apponet animum*, h. e. *conetur, suscipiat*. Ib. v. 6. οὐκ ἔστιν ἐλαττῶσαι οὐδὲ προσθεῖναι, *nihil est, quod demas aut addas*, h. e. *perfectæ sunt, et omnibus numeris absolutæ*. Sir. XIX. 12. προστιθέναι, g
repetere, iterare, i. q. δευτεροῦν v. 14. Sir. XXI. 16. ἐπ' αὐτὸν προσθήσει, *auctius illud reddet*. Vulgat. *ad se adjiciet*, h. e. sibi applicabit, ut illud in actus moresque conferat. Legit αὐτὸν sensu non malo. 1 Macc. VIII. 1. ubi, ut Lat. *proponere, postulare* notat. Sic Vulgatus: *quæ postulantur*, qui tamen Grotio legisse videtur προτιθεμένοις, quam lectionem quoque Houbigantius pro- h
bavit.

ΠΡΟΣΤΙΜΟΝ, *mulcta, pœna*. 2 Macc. VII. 36. θεοῦ κρίσει δίκαια τὰ πρόστιμα τῆς ὑπερηφανίας ἀποίσῃ, Dei judicio justas *pœnas* superbiæ feres. Suidas: πρόστιμα, ἐπίχειρα. Τοιάδε μὲν τοῖς κακοῖς βουλευομένοις δίδωσι τὰ πρόστιμα ἡ δίκη. Καὶ πρόστιμον, ζημία, ἐπιτίμιον, παραγραφή. Πολύβιος· Παρὰ Ῥωμαίοις θάνατος ἦν πρόστιμον τῆς ἐφεδρείας λιπόντι τὴν τάξιν. Confer Polyb. Lib. I. c. 17. ubi aliter, ob- i
servante Küstero, legitur. Vide quoque ad h. l. Ernesti ad Suidæ et Phavorini Glossas Sacras pag. 174.

ΠΡΟΣΤΡΕΧΩ, *accurro*. רוּץ, *curro*. Gen. XVIII. 2. et XXXIII. 4. Eandem vocem quoque de suo addidit Symmachus Thren. V. 6.

ΠΡΟΣΤΡΙΒΩ, *attero, affrico*. מָלַל, *loquor*. Symm. Prov. VI. 13. προσ-

a τρίβειν. Ita enim h. l. explicandam esse putavit formulam Hebr. *pedibus loqui*. — *שׁוּף, quod in l. Arab. سوف, *conterere*, notat, et a Kimchio per מַכָּה וּכְתִיתָה, *concussionem et percussionem*, explicatur. Aqu. sec. cod. Mosqu. (Vide Eichhornii Repertorium Bibl. et Orient. Literat. T. IV. p. 260.) Genes. III. 15. προστρίψει.

b *ΠΡΟΣΥΜΠΛΕ'ΚΟΜΑΙ, הִתְגָּרָה Hithp. *misceo me*. Dan. XI. 10. sec. cod. Alex. Sed rectius ibi in Compl. legitur προσσυμπλακήσεται, quod vide supra.

*ΠΡΟΣΥΝΑΠΟΘΝΗ'ΣΚΩ. מוּת, *morior*. Exod. XXI. 29. sec. Compl. προσυναποθανεῖται. Legendum προσσυναποθανεῖται.

ΠΡΟΣΥΠΟΜΙΜΝΗ'ΣΚΩ, *amplius* c *in memoriam revoco*. 2 Macc. XV. 9.

ΠΡΟΣΥΣΤΕ'ΛΛΟΜΑΙ, *contrahor*. 3 Macc. II. 29. προσυνεσταλμένη αὐθεντία. Grotius interpretatur *jus concisum*, h. e. libertas par Ægyptiorum conditioni, quæ minor quam Macedonum, quibus olim æquati fuerant Judæi.

ΠΡΟΣΥΨΟ'Ω, *extollo*. 1 Maccab. d XII. 36. Adde Joseph. B. J. III. p. 241. §. 30. 3.

*ΠΡΟΣΦΑΓ'ΝΟΜΑΙ, *appareo*. 4 Macc. IV. 10. προσεφάνησαν, *apparebant*.

ΠΡΟ'ΣΦΑΤΟΣ, proprie *recens* s. *nuper interfectus et mactatus*, (Hom. Il. Ω', 757.) deinde in genere: *recens, novus*. זָר, *alienus*. Ps. LXXX. 7. Θεὸς πρόσφατος, Deus recens, qui e a piis majoribus non cultus fuit, adeoque Deus alienus. — חָדָשׁ, *novus*. Coh. I. 10. — לַח, *virens*. Num. VI. 3. σταφυλὴν πρόσφατον, uvam *recentem*. — מִקָּרוֹב, *e propinquo*. Deut. XXXII. 17. καινοὶ καὶ πρόσφατοι ἥκουσιν, novi et recentes veniunt. Sirac. IX. 14. de amico, ubi opponitur τῷ ἀρχαίῳ. Hesych. πρόσφατον, τὸ ἀρτίως γινόμενον, νέον, καινόν. Lexic. Cyrilli MS. Brem. πρόσφατον, ἀρτίως, f πρὸ μικροῦ, νεωστὶ γενόμενον. Conf. Alberti Obss. ad Act. XVIII. 2. pag. 256. et Not. ad Gloss. Gr. N. T. p. 176. De etymologia hujus vocis ita Suidas: πρόσφατος, κυρίως ἐπὶ τοῦ νεωστὶ πεφονευμένου, ἐκ τῦ φῶ, τὸ φονεύω. ἐξ οὗ τό· Πέφαται δ' ἄριστος Ἀχαιῶν. καὶ ἀρήϊφατος. Vide et Ammonium v. καρόν.

ΠΡΟΣΦΑ'ΤΩΣ, *recenter*. חֲדָשָׁה g fœm. *nova*, scil. γυνὴ, *fœmina*, *uxor*. Deut. XXIV. 5. — בְּקָרוֹב, *in propinquo*. Ex. XI. 3. Vide et Judith. IV. 3. 4.

ΠΡΟΣΦΕ'ΡΩ, *affero, offero, adhibeo*. הֵבִיא Hiph. a בּוֹא, *venire facio*. Genes. XXVII. 31. XLIII. 26. Exod. XXXVI. 6. et alibi sæpius. — הִגִּישׁ Hiph. a נָגַשׁ, *accedere facio*. Gen. XXVII. 25. Ex. XXXII. h 6. 1 Sam. XXVIII. 24. et alibi sæpius. — *הוֹצִיא, *educo*. Genes. XXIV. 53. sec. Compl. Bene quoad sensum. — הִמְצִיא Hiph. a מָצָא, *invenire facio, trado*. Levit. IX. 12. 13. 18. — הֵנִיף Hiph. a נוּף, *agito*, etiam *offero*. Num. VI. 20. — הֶעֱלָה Hiph. *ascendere facio, offero*, speciatim sacrificium. 1 Reg. XVIII. 36. Job. I. 5. Jer. XIV. 12. — הִקְטִיר Hiph. *adoleo*. Levit. II. 12. 2 Reg. i XVI. 15. — הִקְרִיב Hiph. *appropinquare facio*. Exod. XXIX. 3. Lev. I. 3. II. 1. Num. XXXI. 50. προσενηνόχαμεν τὸ δῶρον κυρίῳ, obtulimus donum domino. Confer Hebr. XI. 17. Hesych. προσενηνόχασι, προσαγηόχασι. — הַקְרֵב Chald. Aph. Esdr. VI. 17. Dan. VII. 13. — הֲוָה מְהַקְרֵב Chald. Esdr. VI. 10. — הֵרִים Hiph. a רוּם. Inc. Lev. XXII. 15. הֵרִים, *elevare*, de sacrificiis adhibitum *offerre* notat. —

a הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *redire facio.* Ps. LXXI. 10. Al. Prov. XIX. 24. προσηνέγκῃ. — זָבַח, *macto.* Deuter. XVII. 1. — *נִגַּשׂ, *oppressus sum.* Symmach. Ies. LIII. 7. προσηνέχθη. Vulgat. *oblatus est.* Uterque legit cum Schin נִגַּשׁ. — עָשָׂה, *facio,* etiam *sacrifico.* Levit. XVI. 9. — *קָרַב, *appropinquo.* Levit. XVI. 1. sec. Ald. et Complut. — שְׂאֵת, *ex-*
b *cellentia.* Genes. IV. 7. שְׂאֵת pro infinitivo et de oblatione sacrificiorum acceperunt. Prol. Sir. προσφέρεσθαι σπουδὴν, *adhibere* dilegentiam. Ibid. προσφέρεσθαι ἀγρυπνίαν. Polyb. I. 8. 11. πᾶσαν σπουδὴν καὶ μηχανὴν προσφερόμενος. Προσφέρεσθαι etiam notat *ferri ad aliquid studio vel desiderio,* et de cibis *capere.* Sap. XVI. 21. Joseph. de B. J. V. c. 10. pag.
c 352. προσφέρεσθαι τροφῆς. Xenoph. Mem. III. c. 11. 13.

ΤΑ' ΠΡΟΣΦΕΡΟ'ΜΕΝΑ, *quæ afferuntur.* תְּרוּמָה אֲשֶׁר הֵבִיאוּ, *oblatio, quam offerunt.* Exod. XXXVI. 3.

ΠΡΟΣΦΕΥ'ΓΩ, *confugio.* נָפַל, *cado.* Symm. 1 Sam. XXIX. 3. προσέφυγε. Vulg. *ex die, qua transfugit ad me.* Sic h. l. נָפַל quoad sensum
d transferri potest, nam proprie est h. l. Lat. *incidere in aliquem.*

ΠΡΟΣΦΙΛΗ'Σ, *amabilis, gratus, jucundus.* Sirac. IV. 7. *affabilis,* ut recte transtulit Vulgat. Int. Ibid. XX. 12. Addit. Esth. XV. 5. ὡς προσφιλὴς, quasi ad amorem excitandum compositum. Confer quæ ex Josepho annotat Ottius Spicil. ex eodem ad N. T. p. 414.

e ΠΡΟΣΦΙΛΙ'Α, *amicitia.* יְדִיד, *dilectus.* Aqu. Ps. XLIV. 1. Æschyl. Sept. c. Theb. 521. ubi vid. Schol.

ΠΡΟΣΦΟΡΑ', *oblatio.* מִנְחָה, idem. Psalm. XXXIX. 9. קָרְבָּן, idem. Aqu. Symm. Levi[...]

Cant. Tr. Puer. v. 11. 3 Esdr. V. 75. Sir. XIV. 11.

ΠΡΟΣΦΥ'ΓΙΟΝ, *refugium.* נְשֵׂאת, *oblatio, donum.* Incert. 2 Sam. XIX. 42. Conjicere facile aliquis posset, corruptam esse h. l. hanc vocem, ejusque loco legendum προσφορὰν, nisi facilius esset statuere, eum etymologiam respexisse a נָשָׂא, *extulit, elevavit in altum, sustulit.* Nam loca alta sunt loca refugii.

*ΠΡΟΣΦΥ'Ω, *agnasci facio,* et προσφύομαι, *agnascor, adcresco.* סְלַק et סלק Chald. *ascendo.* Dan. VII. 20. sec. cod. Chis. τοῦ προσφυέντος, g scil. κέρατος. Aristoph. Nub. v. 371. Hoc composito augmentum accedere poterit H. Stephani Thesauro. Substant. πρόσφυμα reperitur apud Demetr. Phaler. de Elocutione §. 55. p. 41. Hesych. προσφυείς, προσπλακείς. Idem: προσφυές, προσοικειωμένον.

ΠΡΟΣΦΩΝΕ'Ω, *acclamo, alloquor, compello, colloquor.* הִשְׁתַּחֲוָה Hith- h
paël a שָׁחָה, *prosterno me.* 2 Paral. XXIX. 28. sec. Ald. προσεφώνει. Statui quidem potest, προσεφώνει h. l. ortum esse ex προσεκύνει, sed fortasse est alius interpretis, qui sensum suo modo exprimere voluit, ut προσφωνεῖν h. l. vel sit Lat. *accinere,* vel explicandum sit de festivis acclamationibus, quæ erant pars cultus externi. Interdum προσφωνεῖν simpliciter notat *dicere* s. *referre ad aliquem,* et in pass. *certiorem fieri de* i
aliqua re, v. c. per literas. 3 Esdr. VI. 6. προσφωνηθῆναι. Vulgat. *et responsum acciperetur.* Syrus : ܠܐܬܐܠܗ ܥܠܘܗܝ. Ibid. v. 22. προσφωνησάτω ἡμῖν περὶ τούτων. Chald. שְׁלַח Esdr. V. 11. Vulgatus: *scribat de his nobis.* 3 Esdr. II. 21. ubi προσφωνῆσαι τῷ κυρίῳ βασιλεῖ ii dicuntur, qui ad regem de rebus Judæorum scripserant, quo in loco Vulg. *notum facerent* [...] et paulo post ipse auctor

a libri v. 24. ὑποδεικνύειν ponit. Interdum de *inscriptione* et *dedicatione*
libri adhiberi, ex Plutarcho docuit
Steph. in Thes. Gr. L. s. h. v. Cf.
etiam Cic. ad Attic. VI. 11. XV.
13. 3 Esdr. IV. 14. Chald. הוֹדַע
Esdr. IV. 14. Sic etiam ἀντιφωνῶ,
quod vide supra. Est quoque προσφωνῶ simpliciter *proloqui*, *dicere*,
2 Macc. XV. 15. ubi autem non
b sine emphasi dicitur, coll. Act.
XXI. 40. Hesych. προσφωνεῖ, προσαγορεύει. Phavor. προσφώνησις, κήρυξις.

ΠΡΟΣΧΑΙ'ΡΩ, *gaudeo*, *lætor in*
aliquo, q. d. *adgaudeo*. שַׁעֲשׁוּעִים
plur. *deliciæ*. Prov. VIII. 30. Voce
προσχαίρειν, quam nusquam se reperisse dicit Steph. in Thes., usus est
quoque Chrysost. T. IV. pag. 73.
D.

c ΠΡΟΣΧΕ'Ω, *affundo*, *infundo*. זָרַק,
spargo. Exod. XXIV. 6. ubi Cod.
Oxon. ἐπέχεεν habet. Levit. I. 5.
Ezech. XLIII. 18. et alibi sæpius.
— *לָקַח. Incert. Exod. XXIX. 21.
sec. Montf. Sed referendum potius est ad זָרַק in fine v. 20. —
שָׁפַךְ. Deut. XII. 27. 2 Reg. XIX.
32.

*ΠΡΟΣΧΡΑ'ΟΜΑΙ, *insuper utor*,
d *utor*. Addit. Esther. XVI. 17. μὴ
προσχρησάμενοι τοῖς — γράμμασι. Forsitan προσχωρησάμενοι legendum. In
Usserii ed. vet. alt. μὴ προσέχοντες
exstat. Præstat vulgatum. K.

ΠΡΟΣΧΥ'Ω, *affundo*. זָרַק, *spargo*.
Inc. Ex. XXIV. 6. προσέχυσε. Aretæus p. 53. 36.

ΠΡΟ'ΣΧΩΜΑ, *agger*, *terra aggesta*, a προσχωννύω, *terram accumulo*.
e סֹלְלָה, idem. 2 Sam. XX. 15. sec.
Vatic. 2 Reg. XIX. 32. Dan. XI.
15.

ΠΡΟΣΧΩΡΕ'Ω, *accedo*, *confero me*
ad aliquem. דָּבַק, *adhæreo*. Incert.
2 Sam. XX. 2. προσεχώρησαν. — נָפַל,
cado. 1 Par. XII. 19. 20. ubi sermo
est de iis, *qui ad aliquem deficiunt*.

Jerem. XXI. 9. Vide et 1 Macc. X.
26. οὐ προσεχωρήσατε τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν,
non iniustis societatem cum hosti- f
bus nostris.

ΠΡΟΣΩΘΕ'Ω, *impello*, *propello*.
2 Macc. XIII. 6. Vide notata supra in προσαίγω.

*ΠΡΟΣΩΠΕΙ'ΟΝ, *larva*, *persona*,
vultus fictus. 4 Macc. XV. 15. Photius Lex. προσωπεῖον, πρόσχημα.

ΠΡΟ'ΣΩΠΟΝ, *facies*, *vultus*, *superficies*, item *persona*. אַף, dual.
אַפַּיִם. Gen. II. 7. III. 19. XIX. ;
1. et alibi. — *בַּיִת, *domus*. Incert.
2 Sam. XI. 8. Liberius quidem
vertit, sed exacte ad historiam.
Nam *Urias* non de domo regis
discesserat, sed tantum de facie
ejus. Confer v. 9. — טַעַם, *sapor*,
item *facies*. 1 Sam. XXI. 13. Ps.
XXXIII. 1. ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, *gestum* suum mutavit. — כָּנָף,
ala. Ezech. I. 9. coll. v. 8. — *לֵב. h
Dan. X. 12. sec. cod. Chis. — לְחִי,
gena. Ies. XXX. 28. Deuterom.
XXXIV. 7. sec. cod. Oxon. —
*מְרוֹרָה, *fel*, *venenum*. Aqu. Theodoret. Job. XX. 25. ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. Legerunt sine dubio
מַשָּׂאָה — מִמַּרְאָתוֹ, *onus*, it. *debitum*. Prov. XXII. 26. αἰσχυνόμενος
πρόσωπον, *magna alicujus auctoritate*
commotus. Manasse videtur a שְׂאֵת,
eminentia, et מִ, *propter*. — נֶגֶד, i
coram. Jos. VI. 5. Ps. IX. 27. et
XXX. 29. — *נְתִיבָה, *semita*. Job.
XIX. 8. ἐπὶ πρόσωπόν μου σκότος ἔθετο.
Libere verterunt, sed sensu non
mutato. Semlerus tamen legere
mavult ἀτραπόν. — עַיִן, *oculus*. Gen.
XX. 16. 1 Sam. XVI. 7. 1 Paral.
XXVIII. 8. κατὰ πρόσωπον πάσης ἐκκλησίας κυρίου, *coram* toto cœtu Domini. Conf. 2 Cor. VIII. 24. Ita
et Polybius κατὰ πρόσωπον αὐτῶν, *coram* illis. Vide Raphelii Annotatt.
ex eodem ad Gal. II. 11. p. 513.

a — פְּאַת, *angulus.* Jerem. IX. 25. XLIX. 31. Ezech. XLVII. 19. κατὰ πρόσωπον ἀνατολῶν, *versus* orientem. Ita Ctesias in Excerpt. p. 646. ἀνέμου κατὰ πρόσωπον Βακτρίων πνεύσαντος, quoniam ventus *versus* Bactrios spirabat. Cæterum Cappello videntur in omnibus hisce locis legisse פָּנֶה, et illud accepisse pro *tota facie*, quomodo Latini *os*
b pro *vultu* ponere solent. — פֶּה, *os.* Ps. XVII. 10. LIV. 23. Prov. II. 6. ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, ubi legisse videntur כְּפָנָיו. Sed Clemens Alex. p. 282. habet ἐκ τοῦ ἑαυτοῦ στόματος. — *פָּנָה, *verto faciem, converto, obverto,* sequente בֹּקֶר, *mane.* Psalm. XLV. 5. τῷ προσώπῳ. Versio hæc respondens verbis לִפְנוֹת בֹּקֶר, h. e. *mane,* omni sensu caret. Repo-
c nendum sine dubio τῷ πρὸς πρωῒ vel τὸ πρὸς πρωῒ πρωΐ, ut legitur in cod. Alex. Ald. et Compl. et expressit Vulgatus: *mane diluculo.* Neque temere me sic conjicere docet locus Gen. XXIV. 63. ubi לִפְנוֹת עֶרֶב LXX transtulerunt τὰ πρὸς δείλης. Grabius edidit: τῷ προσώπῳ πρωΐ. — *פָּנָה, *e conspectu removeo,* et, si de via sermo est, *complano.* Ies.
d LVII. 14. ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. Legerunt מִפָּנָיו. — פָּנִים plur. Gen. II. 6. πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, omnem *superficiem* terræ. Sic Aristotelem de Insecabil. Lin. p. 1176. πρόσωπον pro *superficie* posuisse docet Schwartzius Spicil. Observ. ad Olearium de Stilo N. T. pag. 469. Confer etiam Lex. N. T. s. h. v. Gen. III. 8. ἐκρύβησαν ἀπὸ προσώπου
e κυρίου, abscondebant se a facie Domini. Vide et Gen. IV. 13. 2 Reg. III. 24. 2 Paral. X. 2. Jon. I. 3. Ps. CXXXVIII. 6. ἀπὸ προσώπου σου ποῦ φύγω; a facie tua quorsum fugiam? Vide et Jon. I. 3. Ita Ctesias in Excerpt. p. 637. φυγὼν ἀπὸ προσώπου χώρου. Deut. XXXI. 21. ἡ ᾠδὴ αὕτη, κατὰ πρόσωπον αὐτῶν μαρτυροῦσα, canticum hoc, quod contra illos testatur. Mal. I. 8. λήψεται f
πρόσωπόν σου, respiciet *personam* tuam. Vide et v. 9. et Mal. II. 9. His locis a Bielio laudatis addam alia nonnulla. Incert. ac LXX 2 Sam. XIV. 20. πρόσωπον τοῦ ῥήματος s. τοῦ λόγου est *id, quod oratio, ut primum se oratori aut lectori offert, et* κατὰ τὸ ῥητὸν *sumta, præ se fert, aut declarare videtur.* LXX sec. Hex. 1 Reg. XIV. 9. εἰς πρόσω- g
πόν σου, *ante te,* h. e. *qui ante te regnarunt,* aut: *quorum successor fuisti in regno.* Hos. XI. 3. Legerunt divisim מִפְּנֵי הֵם. Job. XXXIII. 26. Vide supra s. ἱλαρὸς et καθαρός. — קֳבֵל, Chald. *coram.* Dan. II. 31. — קֳדָם, Chald. idem. Dan. II. 15. VI. 26. — שָׂפָה, *labium.* Jos. XIII. 16. κατὰ πρόσωπον φάραγγος. Bene quoad sensum. Præterea le- h
gitur 1 Sam. I. 14. ubi nihil in textu Hebr. respondet, et in codd. cum τόπος permutatur. Templum recte dici poterat πρόσωπον κυρίου, quia Deus ibi maxime præsens esse putabatur. Sirac. XIV. 8. πρόσωπον ἀποστρέφων, sc. ab inope et indigo, sc. ne videat alienam miseriam, cui cogatur succurrere. Sir. XVI. 30. de *superficie* terræ. 1 Macc. I. 23. i
πρόσωπον τοῦ ναοῦ, *parietes* templi. Ita Syrus. Sir. XXVI. 5. ἐπὶ τῷ τετραγώνῳ προσώπῳ ἐφοβήθην, ubi *rem* notat, et plane superfluum est, ut quoque a Syro omissum est. Vide quoque Sir. XIX. 11, Judith. II, 5. 2 Macc. XIV. 24. εἶχε τὸν Ἰούδαν διαπαντὸς ἐν προσώπῳ, semper Judam *amore et honore adficiebat.* Vulg. *habebat Judam semper charum ex* k
animo. Syrus: *amplexus est magno amore.* Orat. Manass. τρέμει ἀπὸ προσώπου δυνάμεως, ubi ἀπὸ προσώπου *propter* notat ad imitationem Hebr. מִלִּפְנֵי. 2 Paralip. XXXII. 7. et

a 1 Sam. VIII. 18. Tob. III. 14. ἀνέδωκα εἰς τινα τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὸ πρόσωπον, ad aliquem dirigere oculos suos et faciem convertere, h. e. ab aliquo unice liberationem ac salutem sperare.

*ΠΡΟ'ΣΩΠΟΝ 'ΙΣΧΥΡΟΥ̃. פְּנִיאֵל *Peniel*, nomen proprium. Aquila Gen. XXXII. 30. Legit divisim פְּנִי אֵל.

b ΠΡΟ'ΣΩΠΟΝ ΛΑΜΒΑ'ΝΩ, *personam respicio.* נָשָׂא פָּנִים, *suscipio faciem.* Theod. Job. XIII. 8. πρόσωπον λαμβάνετε, *personarum respectum habetis.* Confer θαυμάζω πρόσωπον supra. — Vide alibi αἴρω.

ΠΡΟΣΩΠΟΠΟΙΙ'Α, *prosopopœia.* פָּנִים plur. *facies.* Symm. 2 Sam. XIV. 20. προσωποποιΐαν τοῦ ῥήματος. Vulg. *figuram sermonis hujus.*

c ΠΡΟΤΑ'ΣΣΩ, *præordino, antea constituo.* מְחֹקֵק, *legislator.* Symm. Ps. LIX. 8. προτάσσων, ubi alii βασιλεύς. Esth. I. 14. sec. vet. Arund. ἵνα μηδένα προτάξω τῇ δόξῃ σου, ne quenquam *præferrem* gloriæ tuæ. Alii libri habent ἵνα μὴ δῶ δόξαν ἀνθρώπων ὑπεράνω δόξης θεοῦ μου. 2 Macc. VIII. 36. ἀκολουθεῖν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ προτεταγμένοις νόμοις, obsequi
d legibus ab ipso *antea constitutis.*

ΠΡΟΤΕΙ'ΝΩ, *protendo.* 2 Macc. II. 30. προτείνουσαι τὰς χεῖρας, *protendentes* manus. Vide et 2 Macc. VII. 10. XIV. 32. 34.

ΠΡΟΤΕΙ'ΧΙΣΜΑ, *antemurale* seu *murus, quo quis præmunitur, propugnaculum.* רֹחַב בִּנְיָן, *latitudo ædificii.* Ezech. XL. 5. — חוֹמָה, *murus.* 2 Paral. XXXII. 5. — חֵל
e contr. ex חֵיל. 2 Sam. XX. 15. 1 Reg. XXI. 23. Thren. II. 8. Inc. Ps. CXXI. 7. — *חֹל, *profanus.* Ezech. XLII. 20. et XLVIII. 15. Legerunt חֵל pro חֹל a rad. חוּל. Vide ad h. l. Montf. — מַדְרֵגָה, *præcipitium, et omnis locus editus, ad quem per gradus ascenditur.* Cant. II. 14. — Vide alibi τεῖχος.

ΠΡΟΤΕ'ΡΗΜΑ, *priores partes, privilegium, prærogativa.* תִּפְאֶרֶת, f
gloria. Jud. IV. 9. οὐκ ἔσται τὸ προτέρημά σου, tua non erit honoris prærogativa. Sermo ibi est de *gloria expeditionis bellicæ,* aut *victoria.* Hesych. προτέρημα, πρόκριμα, προτίμησις.

ΠΡΟ'ΤΕΡΟΣ, adject. *prior.* לִפְנֵי. Exod. XXIII. 28. ἀποστελῶ τὰς σφηκίας προτέρας σου, mittam vespas *ante* te. Jos. I. 14. πρότεροι τῶν ἀδελφῶν g
ὑμῶν, *ante* fratres vestros. Vide et Jos. III. 14. Ies. LII. 12. et conf. Sir. I. 4. et Drusium ad h. l. — עַל פְּנֵי. Exod. XXXIII. 19. — לְפָנִים. Al. Deuteron. II. 10. — רִאשׁוֹן. Gen. XXXVIII. 28. XL. 13. Sir. XII. 7. πρότερόν σου, *te prævenisse.*

ΠΡΟ'ΤΕΡΟΝ, ΤΟ' ΠΡΟ'ΤΕΡΟΝ, et ΤΟΠΡΟ'ΤΕΡΟΝ, adverbium, *prius, ante.* *אוּלָם, *utique.* Aquila h
Gen. XXVIII. 19. Hinc aliquid stabilitatis accipit sententia Hieronymi Quæst. ad h. l., אולם, *nihil aliud signare, nisi ante aut prius.* Vide Rhenferdii Opera Philologica, p. 798. Sed Scharfenbergius ad h. l. statuit, vel Aquilam h. l. scripsisse πρόθυρον, vel πρότερον huc migrasse e LXX Intt., in quorum versione illud respondet Hebr. לָרִאשֹׁנָה, *antea, olim.* — לְפָנִים. i
Deut. II. 10. 12. Jos. XI. 10. et alibi. — לִפְנֵי. Exod. III. 2. ubi πρότερον cum πρὸ προσώπου in codd. permutatur. Lev. XVIII. 27. Jos. X. 14. — קֶדֶם, *antiquum.* Jerem. XXX. 17. — רִאשׁוֹן. Gen. XXVI. 1. Num. VI. 12. αἱ ἡμέραι αἱ πρότεροι, dies *priores.* Sic Æliano V. H. III. c. 18. αἱ πρότερον ἐπιθυμίαι sunt *pristinæ* voluptates. Inc. 2 Sam. XIX. 43. — רֵאשִׁית, *initium.* Ies. XLVI. 10. — תְּחִלָּה, idem. Gen.

XIII. 3. — *תְּמוֹל שִׁלְשֹׁם, *heri nudius tertius.* Symm. Exod. V. 7. Vulgatus: *sicut prius.* 1 Macc. XI. 27. τοπρότερον, *prius.*

XXIV. 32. — חֵלְכָה. Ps. IX. 38. — יָתוֹם, *pupillus.* Ps. LXXXI. 3. Sic Bielius: sed male. Nam in LXX h. l. confusio vocum locum habet, et reponendum πτωχὸν καὶ ὀρφανόν, ut quoque habet Theodotion. Pertinet itaque πτωχὸς h. l. ad דַּל. — עַז, *fortis.* Ies. XXV. 3. Forte legerunt עָנִי. — עָנָו, *mansuetus*, etiam *afflictus.* Psalm. LXVIII. 37.

a Prov. XIV. 21. Ies. XXIX. 19. et alibi. In l. c. Prov. est vox עֲנוִים diversæ lectionis et scriptionis. In textu scribitur עֲנִיִּים, in margine עֲנָוִים, ut adeo LXX expressisse videantur vocem in textu scriptam, non vero in margine lectam. — עָנִי, *afflictus*. Levit. XIX. 10. 2 Sam. XXII. 28. Job. XXIX. 12. et alibi sæpius. Hab. III. 13. pro πτωχὸς
b reponendum est πτωχοὺς aut πτωχόν. Vulg. *qui devorat pauperem*. — קָטֹן, *parvus*. Esth. I. 20. ἀπὸ πτωχοῦ ἕως πλουσίου. — רָשׁ, *pauper*. Prov. XIII. 8. XIV. 20. XVII. 5. et alibi. — רָשָׁע, *improbus*. Prov. XXVIII. 15. Fortasse legerunt רָשׁ, coll. v. 3. Suidas: πτωχὸς, ὁ ἐκπεπτωκὼς τοῦ ἔχειν, ἐπαίτης, παρὰ τὸ πτώσσειν πάντας, ὅ ἐστιν ταπεινοῦσθαι.

c ΠΤΩΧΟ'Σ ΕΙ'ΜΙ', *pauper fio*. חָרַר, *comburor*. Ies. XXIV. 6. Illustranda est hæc versio e l. Arab., in qua جرى notat *deficere, imminui*. Nonnullis חרבו legisse videntur.

ΠΤΩΧΟ'Σ ΚΑΙ' ΠΕ'ΝΗΣ, *pauper et egenus*. דַּל. Psalm. XL. 1.

ΠΤΩΧΟΦΑΝΗ'Σ, *pauper apparens, paupertatem præ se ferens, ementitus paupertatem*. הִתְרוֹשֵׁשׁ
d Hithp. a רוּשׁ, *pauperem me fingo*. Theod. Prov. XIII. 17. Vulg. *quasi pauper*.

ΠΥ'ΓΑΡΓΟΣ, *pygargus, damæ genus aut capræ, ab albis natibus dictæ*. Confer Plin. Lib. VIII. c. 53. Aristoteli Lib. VI. de Hist. Anim. 6. 3. est *aquilæ species*, quæ a cauda candicante nomen accepit. דִּישֹׁון. Deut. XIV. 5. In Cod. Alex. vitiose
e legitur πύλαργος. Confer Bocharti Hieroz. P. I. Lib. III. cap. 20. p. 902. ac Donatum ad Scheuchzeri Phys. Sacr. T. III. p. 396.

ΠΥΓΜΑΙ͂ΟΙ, *Pygmæi*, ita dicti ex nonnullorum sententia, *quod quasi palmares et cubitales sint*, a πυγμὴ quemadmodum גַּמָּדִים, cui hæc vox in versione Aquilæ sec. ed. primam Ezech. XXVII. 11. respondet, a גֹּמֶד, *pugnus*, originem suam deducere creditur. Alii contra, v. f
c. Hieronymus, per πυγμαίους *manu promptos, robustos, bellatores et ad bella promptissimos*, a πυγμὴ, *certamen*, intellegunt, ut legitur hæc vox apud Herodot. III. 37. Confer Th. Gutberlethi Diss. Philol. de Mysteriis Deorum Cabirorum p. 44. et Faberum in Archæol. Vet. Hebr. p. 200. qui omnino hic conferendus est. Vide quoque, quos laudat Simonis Lex. Hebr. p. 338., g
Fullerum Miscell. SS. Lib. VI. c. 8. p. 695. et Steph. le Moyne ad Var. Sacr. Lib. VI. c. 3. p. 752. Hesych. πυγμαῖοι, ἔθνος πόῤῥω τῆς Αἰγύπτου τῷ μεγέθει πάνυ μικρὸν, οἷον πηχυαῖον.

ΠΥΓΜΗ', *pugnus*. אֶגְרֹף, *pugnus, manus in pugnum contracta et firmiter convoluta*. Exod. XXI. 18. πατάξωσι τὸν πλησίον λίθῳ ἢ πυγμῇ, percutiant proximum lapide, vel *facto* h
pugno. Vide quoque Ies. LVIII. 4. et confer Lex. N. T. s. h. v. Gloss. in Octat. πυγμὴ, γρόνθος, Hesych. πυγμὴ, γρόνθος, πυγτή. (Forte πύκτη legendum: nam πύκτας alibi Hesychius interpretatur γρόνθους.) ἤγουν τὸ συγκεκλεῖσθαι τοὺς δακτύλους. Phavorinus: πυγμὴ, ἐπὶ τῆς χειρὸς, ὅταν ἔχῃ τις συνεσταλμένους τοὺς δακτύλους. Pollux II. 4. segm. 147. Ἂν δὲ συγκλείσῃς τὴν χεῖρα, τὸ μὲν ἔξωθεν καλεῖ- i
ται πυγμὴ, ὅθεν καὶ ὁ πύκτης, καὶ τὸ πυκτεύειν. Suidas: πυγμὴ, πάλη, σύγκλεισις δακτύλων, γρόνθος. Lex. Cyrilli MS. Brem. πυγμὴ, ἡ σύγκλεισις τῶν δακτύλων, γρόνθος.

ΠΥΘΜΗ'Ν, *propago, palmes*, it. *ima pars, fundus*. דֶּרֶךְ, *via*. Prov. XIV. 12. εἰς πυθμένα ᾅδου, in *imam partem* inferni. Ita Bielius atque Jaegerus, qui LXX h. l. pariter ac ib. XVI. 25. חַדְרֵי, *penetralia*, coll.

[V]II. 27. legisse conjicit. Mihi vero [v]identur utrobique πυθμένα de suo [a]ddidisse, ut πυθμὴν ᾅδου Hebr. מָוֶת [r]espondeat. — קָנֶה, *culmus*. Genes. [X]LI. 6. et 22. ἑπτὰ στάχυες ἀνέβαινον [ἐ]ν τῷ πυθμένι ἑνί, septem aristæ as[c]endebant in *culmo* uno. — שָׂרִיגִים [p]lur. *palmites*. Gen. XL. 10. ἐν δὲ τῇ [ἀ]μπέλῳ τρεῖς πυθμένες, in vite autem [i]lla tres *propagines* seu: *involuti et [p]erplexi in parte infima rami*. Suidas: [π]υθμὴν, τὸ ἔσχατον μέρος καὶ τελευταῖον [π]αντὸς οὐτινοσοῦν σκεύους κατὰ βάθος. Hesych. πυθμὴν, τὸ ὑποκάτω τῆς λε[κ]άνης, καὶ παντὸς σκεύους, γένεσις, ἀρχὴ, [ῥ]ίζα, καὶ τῆς μητρὸς τὸ ἄνω μέρος. Idem: πυθμένα ἐλαίας, τὴν ἀρχὴν καὶ [τ]ὴν ῥίζαν. Et: πυθμένες, βάσεις αἱ κα[τ]ὰ τῶν δένδρων.

ΠΥΚΑ´ΖΩ, *condenso, tego, obum[b]ro, orno, frondosus sum et virens*. עֲבֹת sing. *contortus funis*, item: [r]*amus densus, umbrosus*. Psalm. CXVII. 26. συστήσατε ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσιν (sc. κλάδοις) ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου, sistite vel figite festum *obumbrantibus ramis* usque ad cornua altaris, h. e. si verba per hypallagen quandam accipiamus: figite in festo obumbrantes ramos usque ad cornua altaris. Conf. Lev. XXIII. 40. ubi, qui hic sunt πυκάζοντες, LXX vocant κλάδους ξύλου δασεῖς. Schol. ad h. l. πυκάζουσιν, σκιάζουσιν, καλύπτουσιν, κοσμοῦσιν. Lex. Cyrilli MS. Brem. πυκάζουσιν, σκιάζουσι, στεφανοῦσιν. Ita et Suidas. Idem Suidas: πυκάζουσι, τουτέστι πεπυκνωμένοις, στενοχωρουμένοις, ubi verba Psalmi adducta statim subjungit. Hes. πυκάζουσι, καλύπτουσι, στεφανοῦσι, πυκνοῦσι, κρύπτουσι, θυλάσσουσι, σκέπουσι, περιβάλλουσι, στεγάζουσι, σκιάζουσι. Adde Homer. Il. Ξ´, 289. et Ψ´, 503. — רַעֲנֵן Pih. *viresco*. Job. XV. 32. ὁ ῥάδαμνος αὐτοῦ οὐ μὴ πυκάσῃ, ramus ejus neutiquam *obumbret*, h. e. *nulla folia habebit*, seu *exarescet*. Vulg. *arescent*. Confer Hexapla. — רַעֲנָן, *viridis*. Hos. XIV. 9. ὡς ἄρκευθος πυκάζουσα, sicut juniperus *frondosa et virens*. Gloss. MS. in Proph. πυκάζουσα, σκεπάζουσα. Confer Hesychium in πυκάζουσαι. 3 Macc. IV. 5. γεραιῶν πλῆθος πολιᾷ πεπυκασμένων, senum multitudo canitie *ornatorum*. Sic Theocritus Idyll. Κ´, v. 22. ὡς κισσὸς ποτὶ πρέμνον, ἐμὰν δ' ἐπύκαζεν ὑπήναν: ubi Schol. ἐπύκαζεν, ἐκόσμει. Suidas: πυκάζεται, σκεπάζεται, κοσμεῖται. *f*

ΠΥ´ΚΑΣΜΑ, *densum quid, ramus densus*. עֲבֹת, idem. Symm. Psalm. CXVII. 26. συνδήσατε ἐν πανηγύρει πυκάσματα, colligate in festivo populi conventu *ramos densos*, aut: *serta densa*. *g*

ΠΥΚΝΟ´Σ, *densus*, item *creber, frequens*. חֹרֶשׁ, *sylva*. Inc. et LXX Ezech. XXXI. 3. 3 Macc. I. 28. πυκνοτάτη κραυγὴ, *densissima* vociferatio, h. e. *vehementissima vociferatio hominum multorum constipatorum et conglobatorum*. Ibid. IV. 11. ἐκπορεύεσθαι πυκνότερον, *frequentius* exire. Adde 2 Macc. VIII. 8. *h*

*ΠΥΚΝΟ´ΤΑΤΟΣ. Vide s. v. πυκνός.

ΠΥΚΝΟ´ΤΕΡΟΝ, adverb. compar. *frequentius*. Vide s. v. πυκνός.

*ΠΥΚΝΟ´ΤΕΡΟΣ, *frequentior*. 4 Macc. XII. 12. πυκνοτέρῳ πυρὶ, *vehementiore* igne.

*ΠΥΚΝΟ´ΤΗΣ, *densitas, spissitudo*. 3 Macc. I. 28. πυκνότητος sec. ed. Ald. ubi tamen reliqui libri rectius πυκνοτάτης habent. *i*

ΠΥ´ΛΗ, *porta*. *אוּבָל, *rivus*. Dan. VIII. 2. et 3. sec. cod. Chis. Syris et Chaldæis ܐܒܘܠ et אבולא *porta* dicebatur. Vide ad h. l. Editorem Romanum et Segaarium. — דֶּלֶת, *janua*. Deut. III. 5. Jos. VI. 26. Job. XLI. 6. et alibi. — *דֶּרֶךְ, *via*. 1 Sam. IV. 13. ubi portam pro via posuerunt, quia per portam exitur in viam. —

a *חוֹמָה, *murus*. Nehem. XII. 31. sec. Compl. — חָצֵר, *atrium*. Ezech. XL. 49. Num ibi loco πύλην fortasse legendum est αὐλήν? coll. v. 34. ut alii libri habent. — מָסָךְ, *tegumentum*. Ies. XXII. 8. Vox Hebr. h. l. *urbes munitas* notat. — סַף, *limen*. Al. 1 Par. IX. 19. τὰς πύλας. 2 Par. XXXIV. 9. πύλην. — עִיר, *urbs*. Jerem. XLIV. 6. ubi vel statuen-
b dum est per synecdochen partis rei pro re integra *portas urbis* h. l. pro *urbibus* poni (Confer Lex. N. T. T. II. p. 721.), vel loco πύλαις reponendum est πόλεσι (coll. v. 21. Literæ υ et ο in codd. GG. haud raro permutantur. Vide Wyttenb. ad Plutarch. de Sera Num. Vindicta p. 35.), vel denique LXX inserto Schin בְּשַׁעֲרֵי loco בְּעָרֵי legisse. —
c פֶּתַח, *janua*. Gen. XXXVIII. 14. Psalm. XXIII. 7. 9. Jerem. XLIII. 9. — *פִּתּוּחַ, *sculptura, cœlatura*. Symm. Psalm. LXXIV. 6. Legit פֶּתַח cum LXX, qui h. l. θύραν habent. — *פֶּתַח, *gladius*. Symmach. Theod. Mich. V. 5. Scil. vox Hebr. *quamvis aperturam*, etiam *portam*, *januam* notat, unde ad *gladios evaginatos* transfertur. — שׁוּל, *fimbria*.
d Thren. I. 10. ubi tamen pro πρὸς πυλῶν αὐτῆς, vel, ut Al., πρὸς ποδῶν αὐτῆς, Drusius suspicatur interpretes scripsisse πρὸς τὸ λῶμα αὐτῆς vel λῶμ' αὐτῆς, ultima per apostrophen rejecta. Vide Quæst. Hebr. Libr. III. Qu. 52. Mihi lectio ποδῶν præferenda videtur, quam habet cod. Alex. et præter Arabem confirmat Vulgatus, qui vertit *in pedibus ejus*.
e Videntur nempe *fimbrias* pro *omni extremitate* accepisse. — שַׁעַר, *porta*. Genes. XXVIII. 17. ἡ πύλη τοῦ οὐρανοῦ, *porta* cœli. Homerus alias nubes vocat πύλας οὐρανοῦ. Suidas: πύλας οὐρανοῦ Ὅμηρος τὰ νέφη λέγει. Vide Il. Ε', v. 749. Unde et Hesychius: πύλαι οὐρανοῦ, τὰ νέφη. Vulgo hæc male distinguuntur ità: πύλαι, οὐρανοῦ τὰ νέφη. Conf. 3 Macc. VI. 18. Job. XXXVIII. 17. ἀνοί- f
γονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου, aperiuntur autem tibi timore *portæ mortis*. Psalm. IX. 14. ὁ ὑψῶν με ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου, exaltans me ex *portis mortis*. Vide et Ps. CVI. 18. Ies. XXXVIII. 10. πορεύσομαι ἐν πύλαις ᾅδου, proficiscar ad portas inferni s. mortis. Conf. Sap. XVI. 13. et 3 Macc. V. 51. Sic passim τῶν πυλῶν ᾅδου et θανάτου mentio fit g
apud exteros. Vide præter auctores Wolfio ad Matth. XVI. 18. laudatos Alberti ad eundem locum p. 111. seq. ac Lexicon N. T. s. h. v. Ps. CXVII. 19. Ad quem locum respiciens Suidas: πύλαι δικαιοσύνης, αἱ διάφοροι τῆς ἀρετῆς ἰδέαι. δι' ἐκείνων γὰρ δυνατὸν ἀξίως ὑμνῆσαι τὸν τῶν ὅλων θεόν. Δαβίδ· ἀνοίξατέ μοι πύλας δικαιοσύνης. Hæc sumta esse ex Theodoreto ad Ps. cit. p. 875. annotat h
Küsterus. Rectius autem alii aliter *portas justitiæ* interpretantur. Vide Intt. Adde Inc. Deut. XII. 12. ubi vide Scharfenbergium, qui etiam conferendus est ad Deut. XXIII. 17. Prov. XII. 13. ὁ συναντῶν ἐν πύλαις. Schol. ὁ περίεργος καὶ πολυπράγμων. — שֹׁעֵר, *janitor*. 2 Sam. XVIII. 26. 2 Reg. VII. 10. 1 Par. IX. 18. i
sec. Vat. et Alex. 1 Par. XXVI. 1. Præterea legitur Ps. LXXII. 28. ἐν ταῖς πύλαις τῆς θυγατρὸς Σιὼν, id quod in Hebr. non reperitur, sed mutuo sumtum videtur ex Psalm. IX. 15.

*ΤΗΣ ΠΥΛΗΣ ΣΤΗΡΙΓΜΑ, *portæ sustentaculum*. אֵילָו, *postes ejus*. Inc. Ezech. XL. 9. ubi vid. Montfauconius. Equidem referre mal- k
lem ad אֻלָם הַשַּׁעַר, *vestibulum portæ*, in sequentibus.

ΠΥΛΩ'Ν, *vestibulum*, item *porta*. סַף, *limen*. 2 Par. III. 7. Soph. II. 14. — פֶּתַח, *janua*. Genes. XLIII. 19. 1 Reg. VI. 8. 32. XIV. 28. et alibi. — שַׁעַר. Jud. XVIII. 16. 17.

Par. XXVI. 13. Confer Apoc. XI. 21.

*ΠΥΛΩΡΕ'Ω, *custodiæ portæ præ-sum.* לְשַׁעַר, *ad portam.* 1 Par. XVI. 2. τὸ πυλωρεῖν sec. Compl. Bene quoad sensum. Photius Lex. πυλωρεῖ, φυλάσσει. Idem Suidas quoque tradit.

ΠΥΛΩΡΟ'Σ, *janitor, custos januæ portæ.* שֹׁעֵר, idem. 1 Par. IX. 17. 18. 2 Par. VIII. 14. Esdr. II. 42. — שַׁעַר, *porta.* Nehem. XII. 25. 0. Job. XXXVIII. 17. πυλωροὶ ᾅδου, janitores orci. Similiter profani inferno janitorem tribuerunt. Vide Homerum Il. Θ', v. 367. Virgil. Æn. VI. 400. et conf. Hesychium in voce Πυλάρταο, ac Elsnerum ad Matth. XVI. 18. p. 78. Cæterum in omnibus his locis laudatis LXX שֹׁעֵר legerunt.— תָּרָעַיָּא Chald. plur. Esdr. VII. 23. Lex. Cyrilli MS. Brem. πυλωρὸς, ὁ τῶν πυλῶν φύλαξ.

ΠΥΝΘΑ'ΝΟΜΑΙ, *sciscitor, percontor, interrogo.* דָּרַשׁ, *quæro.* Gen. XXV. 22. ἐπορεύθη πυθέσθαι παρὰ κυρίου, ibat, ut *percontaretur* a Domino. Conf. Matth. II. 4. Joh. IV. 52. Adde Symm. 2 Reg. I. 2. — עֲנָה Chald. *respondeo.* Inc. Dan. II. 15. ἐπυθάνετο αὐτοῦ, *interrogabat* illum. Ita quoque transtulit Vulgatus. Scil. עֲנָה in universum *loqui* notat, ideoque sensu, uti h. l., ita postulante, de *interrogationibus* quoque accipi potest. 2 Maccab. III. 9. 3 Esdr. VI. 11. (ubi v. 12. est ἐπερωτῷν) respondet Chald. שְׁאֵל Esdr. V. 9. Suidas: πυνθάνομαι, γινώσκω, ἐρωτῶ.

ΠΥ'ΞΙΝΟΣ, *buxinus.* גֹּפֶר, *cupressus.* Incert. Gen. VI. 14.

ΠΥΞΙ'ΟΝ, *tabella scriptoria sic dicta, quod olim ex buxo fieri solebat,* etiam *quævis alia tabula,* ut sit i. q. πλάξ. לוּחַ, *tabula,* it. *parva pyxis.* Exod. XXIV. 12. δώσω σοι τὰ πυξία τὰ λίθινα, dabo tibi *tabulas* lapideas: ubi Aqu. Symmach. ac Theod. τὰς πλάκας habent. Hesychius: πυξίδα *f* (Bernardus bene legit πυξία ex Ex. l. c.), δίπτυχα. Ies. XXX. 8. γράψον ἐπὶ πυξίου ταῦτα, scribe hæc in *tabula.* Symm. πτυχί. Hab. II. 2. ubi Montf. pro πυξίον conjicit legendum πυκτίον, *librum,* qua tamen conjectura facile supersedere possumus. Symmachus: ἐπὶ σελίδων. — עֶשֶׁת, *nitor.* Cant. V. 15. κοιλία αὐτοῦ πυξίον ἐλεφάντινον, venter ejus *pyxidicula* e eburnea. עֶשֶׁת notat *fabricavit.* — צַלַּחַת, *paropsis, catillus.* Incert. et LXX sec. Compl. 2 Reg. XXI. 13. πυξίον.

ΠΥ'ΞΟΣ, *buxus.* Theophrast. Histor. Plant. Lib. V. c. 4. et Lib. III. c. 15. Faciunt a πυκάζω, quia densum ejus lignum. שִׁטָּה, *cedri species.* Ies. XLI. 19. — תְּאַשּׁוּר, *cedrus.* Aqu. Symm. Ies. XLI. 19.

*ΠΥΡΑΙΟ'Ω, *rubeo, rutilo,* i. q. *h* πυράζω, πυῤῥάζω, et πυῤῥίζω. הֶאְדִּים Hiph. ab אָדַם, idem. Ies. I. 18. sec. MS. March. ἐὰν πυραιῶσιν.

ΠΥ͂Ρ, *ignis, holocaustum.* Plur. τὰ πυρὰ, *ignes, holocausta.* אוּר idem. Ezech. V. 2. — אָכְלָה, *cibus.* Al. Ezech. XXIII. 37. διὰ πυρός. Recte; nam sermo ibi est de *consumtione per ignem,* ac sacrificiis Molocho offerri solitis. — *אִישׁ, *vir.* Jerem. L. 42. ubi pro כְּאִישׁ legerunt כְּאֵשׁ. Idem valet de loco Jerem. VI. 23. — אֵשׁ. Genes. XV. 17. Exod. III. 2. et alibi sæpius.— *אֵשׁ, pro אִישׁ. Mich. VI. 10. Legerunt אֵשׁ.— אֶשָּׁא Chald. Dan. VII. 11. — אִשֶּׁה, *sacrificium ignitum.* 1 Sam. II. 30. Inc. Levit. VI. 17. et VII. 35. Theod. Lev. XXIV. 2. Aqu. Lev. II. 3. sec. cod. Paul. Lips. ἀπὸ πυρῶν κυρίου: ubi tamen sine dubio πυρὸς legendum, uti ha-

a bet Theodot. ἀπὸ τῶν τοῦ πυρὸς κυρίου. Aqu. Lev. X. 12. sec. Hesych. ἀπὸ τῶν πυρῶν. Vide ad h. l. Scharfenbergium. — אֲשֶׁר, *qui*. Num. XXI. 30. Hic perperam legerunt אֵשׁ. — אֵשֶׁת, *mulier*. Psalm. LVII. 8. Ex nonnullorum sententia legerunt אֶשְׁקָה (coll. Jerem. VI. 29.) (ac πῦρ in notione *febris inflammatoriæ* adhibuerunt): secundum Cappellum b vero (in Crit. S. p. 219.), Bielium ac Trommium legerunt אֵשׁ. Sed neutra conjectura opus est. Nam, ut bene monuit Genebrardus, אֵשֶׁת idem est quod אֵשׁ poëtice et Syriace. Chaldæis dicitur אֶשָּׁתָא. — *אֵת. Hos. VII. 7. Legerunt אֵשׁ, aut potius ת ut s aut th blæsum extulerunt. Conf. Cappelli Crit. S. p. 579. et ad h. l. Scharfenbergium. c —*בְּאֹשׁ, *fætor*. Amos IV. 10. Legerunt בָּאֵשׁ, ἐν πυρί. — בְּעֵרָה, *incendium*. Exod. XXII. 6. — חֹשֶׁךְ, *tenebræ*. Deut. V. 23. Per *tenebras* h. l. intellegendæ sunt *nubes fulmina jaculantes*. — לֶהָבָה, *flamma*. Ies. X. 17. — *נֶגֶב, *meridies*. Huic enim voci sine dubio πῦρ respondet apud Hebr. Int. Ezech. XX. 47. Syr. ܢܓܒ, *exsiccavit*. Eandem d significationem habet quoque hæc vox in l. Chald. et Samaritana. — נוּרָא : נוּר Chald. Dan. III. 6. 11. VII. 9. 10. et alibi. — צָרֶבֶת, *adurens*. Theod. Prov. XVI. 27. — רֶשֶׁף, *pruna ignita*. Ps. LXXVII. 53. Conf. Apoc. VIII. 5. — שְׂרֵפָה, *ustio*. Genes. XI. 3. Amos IV. 11. Sap. XVI. 6. πῦρ, *fulgura ignita grandini mixta* (coll. Exod. IX. 24. e Psalm. CIV. 32.) et ib. v. 22. Sir. VII. 19. πῦρ καὶ σκώληξ, *afflictiones s. pœnæ gravissimæ*, collato Judith. XVI. 17. Ies. LXVI. 24. et Marc. IX. 44. 48. Sirac. XXIII. 23. ubi de *libidine venerea*, ut πυροῦσθαι 1 Cor. VII. 9., adhibetur. Conf. Lex. N. T. s. v. πυροῦσθαι. Sirac. VIII. 3. μὴ ἐπιστοιβάσῃς ἐπὶ τὸ πῦρ αὐτοῦ ξύλα, h. e. *ardorem loquendi ac se vindicandi* accendes magis, perinde facis, f ac si ligna igni suggeras, flamma magis exardescet. Sirac. VIII. 10. πῦρ φλογὸς, *ira, excandescentia, affectus animi vehementiores*. *Ignis* quoque passim pro *ira* ponitur. Vid. Barth. ad Claud. Lib. I. in Ruf. v. 182. Sir. XV. 16. ubi πῦρ καὶ ὕδωρ notat *quælibet contraria*, v. c. mala et bona, noxia et salutaria, nam ignis nocet, aqua est salu- g taris. Sir. XVI. 6. πῦρ, *pœnæ divinæ*, i. q. ὀργὴ in seq.: nam ultio Dei instar ignis est. 2 Macc. I. 18. πῦρ, *ignis sacer*, coll. v. 19. ubi πῦρ τοῦ θυσιαστηρίου dicitur. Adde II. 1.

ἌΓΩ ΔΙᾺ ΠΥΡΌΣ, *duco per ignem*. הִבְעִיר בָּאֵשׁ, *comburo in igne*. 2 Par. XXVIII. 3.

ΠΥΡᾺ, *pyra, strues lignorum igne accensa*, etiam *ignis, flamma*, et h quidem *ingens acervus ignium collucentium*. Judith. VII. 5. Sap. XVII. 6. *conglobata fulmina*. 2 Macc. I. 22. πυρὰ μεγάλη. Vulgatus: *ignis magnus*, i. q. φλὸξ v. 32. Vide quoque Symm. Sirac. LI. 4. πυρὰ et πῦρ in codd. confunduntur. Hesych. et Etym. M. πυραὶ, πυρκαϊαὶ, ἀπὸ τοῦ φύρω. Phavorinus: πυρὰ θηλυκῶς, τὸ πῦρ τὸ ἐπὶ νεκρῷ ἀπτόμενον, καὶ ὁ τόπος, ἐφ' ὃν τὸ πῦρ ἅπτεται. i

ΠΥΡΑΜΙ`Σ, *pyramis, moles maxima geometrica ratione constructa, ex lapidibus quadratis a lato in acutum tendens*, ita dicta ab ignis similitudine, qui surgens latior in acutum desinit. Tales septem exstructæ fuisse dicuntur 1 Macc. XIII. 28. scil. more Ægyptiorum. 1 Maccab. XIII. 28. Hesych. πυραμίδες, οἰκοδομήματα γεωμετρικὰ ἐπὶ τὰ κάτω κατεσχόμενα. De etymo v. Jablonski T. I. Opp. p. 219.

ΠΥΡΓΟΒΑ'ΡΕΙΣ, *munitiones tur-*

itæ, *propugnacula, turrita palatia.* אַרְמוֹן, *palatium.* Ps. CXXI. 7. εὐ-ηνία ἐν τοῖς πυργοβάρεσί σου, felicitas in ropugnaculis tuis. Hesych. πυργοβάρεις, οἱ προμαχῶνες. Suidas: πυργοβάρεις, ρομαχιῶνες, οἱ ὀχυρώτατοι τῶν πύργων, ι τείχη ὀχυρά. Lex. Cyrilli MS. Brem. υργοβάρεις, οἱ προμαχίονες (scr. προ-μαχιῶνες vel προμαχῶνες) τῶν πύργων ἢ ὀχυρώτεροι. Bochartus Hier. P. II. Lib. VI. c. 16. p. 888. hanc vocem nter semi-Ægyptias numerat.

ΠΥ'ΡΓΟΣ, *turris, propugnaculum, nurus,* metaph. *præsidium.* *הֵיכָל, ɔalatium. Dan. IV. 26. sec. Cod. Chis. Vid. Lexicon N. T. s. h. v. — חוּג, *circulus.* Symmach. Prov. VIII. 27. πύργον. — מִגְדָּל, *turris,* ɔalatium. Psalm. LX. 3. ἐγενήθης ἐλπίς μου, πύργος ἰσχύος ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ, factus es fiducia mea, *turris roboris,* h. e. *turris munita,* a facie inimici. Sic Aqu. Theod. Proverb. XVIII. 10. πύργος κράτους. Eadem metaphora usi sunt profani quoque. Homerus, ubi de Ajace Telamonis filio canit, Odyss. Λ', v. 555. τοῖος γάρ σφιν πύργος ἀπώλεο. Eurip. Med. v. 390. ἢν μέν τις ἡμῖν πύργος ἀσφαλὴς φανῇ, ubi πύργος ἀσφαλὴς juxta Schol. dicitur ἀντὶ τοῦ ὀχύρωμα σωτηρίας. Addit Schol. καταχρηστικῶς δὲ τὴν σωτηρίαν πύργον ὠνόμασεν, παρὰ τὸ τοὺς ὑποδεδραμηκότας ὑπὸ πύργῳ ἐν τῷ πολέμῳ σώζεσθαι. Vide et Schol. Soph. Œdip. Tyr. v. 1209. Claudian. in Rufin. I. v. 264. de Stilicone: *hic cunctis optata quies, hic sola pericli Turris erat, clypeusque trucem porrectus in hostem.* Confer Alberti Peric. Crit. p. 7. et notata infra in v. τεῖχος. — מְצוּרָה, *munitio.* Ies. XXIX. 3. θήσω περί σε πύργους, ponam circum te *propugnacula.* Hesych. πύργος, προμαχεών, τεῖχος. Ἀλλ' ἐπὶ πύργον ἔβη. — מִנֶּגֶד, *e regione.* Neh. III. 19. Sed ibi vox מִנֶּגֶד a LXX prorsus omissa esse, ac πύργου ad עֲלֹת referendum videtur. Præterea legitur Ies. X. 9. ubi verbis οὗ ὁ πύργος ᾠκοδομήθη nihil respondet in f textu Hebraico. Confer de h. l. Bocharti Geogr. Sacr. Lib. I. c. 9. p. m. 40. seq. Sir. XXVI. 27. πύργος θανάτου, *turris mortis,* h. e. *mortifera.* Confer Drusium Proverb. Class. I. Lib. IV. n. 48. Ita vulgo. Mihi autem πύργος h. l. *januam, portam* significare videtur. Conf. Hom. Il. Γ', 153.

ΠΥΡΕΙ'Α, *locus, ubi accenditur* g *ignis, focus, caminus.* אֵשׁ, *ignis.* Ies. LIV. 16. ubi in ed. Ald. legitur πυρίᾳ. Utraque lectio a lectione πυρὶ, quæ in aliis libris reperitur, quoad sensum minime differt. Continet autem lectio πυρὶ emendationem ad textum Hebraicum.

ΠΥΡΕΙ'ΟΝ, *igniarium, foculus, cui ignis imponitur, ignis receptaculum, thuribulum, acerra.* יָעִים plur. h *palæ.* 2 Paral. IV. 11. — מַחְתָּה, *instrumentum, quo prunæ ab igne capiuntur,* secundum alios *thuribulum.* Exod. XXVII. 3. XXXVIII. 3. Num. XVI. 37. — *קֻבָּה, *lupanar.* Symm. Num. XXV. 8. πυρεῖον sec. codd. nonnullos, ubi Basil. et al. habent πορνεῖον. Nobilius legit πυρίνιον, cui ideo assentior, quia πῦρ interdum de *libidine venerea* dicitur, ut i supra docui, ac LXX h. l. κάμινον habent, pro quo Procopius p. 423. καμινεῖον legit. Lectio πορνεῖον merum glossema continet. Hesych. πυρεῖον, ἀγγεῖον, κεράμιον εἰς πυρὸς ἔνθεσιν. Suidas: πυρεῖον, θυμιατήριον.

ΠΥΡΕΤΟ'Σ, *febris.* אֵשׁ לֹא־נֻפָּח, *ignis non sufflatus.* Inc. Job. XX. 26. Videtur merum glossema esse. De *æstu* πυρετὸς usurpatum legitur k apud Homerum Iliad. X', 31. — קַדַּחַת. Deut. XXVIII. 22.

*ΠΥΡΙΑΤΟ'Σ, *pyriatus, fomentatus, calefactus, igni coctus.* מַחְתָּה, *receptaculum.* Οἱ λοιποὶ sec. cod. X. Holm. Exod. XXV. 38. πυριατὰ, καλούμενα τρυβλία. Posteriora pro exe-

a geticis et Reliquis haud tribuendis habet Holmesius. Caeterum pro πυρίατὰ conjicio legendum πυρεῖα s. πύρδαλα. Photius Lex. Πυριάτη Ͽηλυκῶς τὸ πυρίεφθον, οὐχὶ πυρίατος οὐδὲ πυριατὴ ὀξυτόνως, οὐδὲ πυριεφθός. Hes. πυριατόν, τὸ ἑφθὸν πυρί, ὃ γίνεται ἐκ τοῦ πρώτου γάλακτος.

*ΠΥΡΙ'ΖΩ, *inflammo.* שָׁעָה, *respicio.* Theodot. sec. cod. Coislin.
b Gen. IV. 4. ἐπύρισεν, *inflammavit,* ubi Montfauconius tamen mavult ἐνεπύρισεν. Vide supra s. v. ἐμπυρίζω, ac Etymol. M. 336. 53.

*ΠΥΡΙ'ΖΩΝ, ΠΥΡΙ'ΖΟΥΣΑ, *rufa, rubescens,* i. q. πυῤῥίζων. אֲדַמְדָּם, *subrubidus, multum rufus.* Levit. XIII. 49. πυρίζουσα sec. cod. Alex. ubi reliqui libri habent πυῤῥίζουσα.

ΠΥΡΙ'ΚΑΥΣΤΟΣ, *igne combustus*
c vel *adustus.* שְׂרוּף אֵשׁ part. Pah. *succensus igne.* Ies. I. 7. — שְׂרֵפַת אֵשׁ, *ustio ignis.* Ies. LXIV. 11. — שְׂרֵפָה מַאֲכֹלֶת אֵשׁ, *ustio cibus ignis.* Ies. IX. 5. Praeterea legitur Ies. I. 22. sec. Alex. ubi nihil in textu Hebr. reperitur. Hesych. πυρίκαυστος, πεπυρωμένος. Schol. Hom. Il. Ν', 564. πυρίκαυστος, πυρικεκαυμένος, ἡμίφλεκτος. Aristot. Probl. Lib. II.
d §. 55.

ΠΥΡΙ'ΝΙΟΝ, *lupanar,* qu. d. *igniarium,* ubi igne libidinis aestuant homines. קֻבָּה, *lupanar.* Symmach. Numer. XXV. 8. Nonnullis Symmachus videtur intellegere *conclave, ubi focus alebatur:* itaque forte pro πυρίνιον legendum πυρίον, ut sit *focus.* Kreyssigius contra conjicit scribendum πορνεῖον, quod praeter alios con-
e firmant codd. Coisl. et Lips. Vide supra s. πυρεῖον.

ΠΥ'ΡΙΝΟΣ, *igneus.* אֵשׁ, *ignis.* Ezech. XXVIII. 14. 16. Symmach. Psalm. CIII. 4. πυρίνη φλὸξ, ignea flamma. Symmach. sec. cod. 108. Holm. Deut. XXXIII. 2. ubi vid. Holmesius. Adde Sirac. XLVIII. 9. ἵππων πυρίνων.

ΠΥΡΙ'ΟΝ, i. q. πυρεῖον, *thuribulum.* f
Sirac. L. 9. ubi tamen Grotius rectius ἐπὶ πυρείου legi existimat. Lex. Cyrilli MS. Brem. πυρίον, Ͽυμιατήριον. Ita et Hesychius interpretatur.

*ΠΥΡΙ'ΠΝΟΟΣ, contr. πυρίπνους, i. q. πυρίπνευστος, *ignem spirans, vim igneam habens.* 3 Macc. VI. 34. τὴν πυρίπνουν (in cod. Alex. legitur πυρόπνουν, vocabulum nuspiam obvium) τόλμαν ἀκλεῶς ἐσβεσμένοι, *ignivoma* (h. e. *perniciem et interitum minante*) audacia inglorie extincta. Πυρίπνουν g
legitur apud Eurip. Ion. v. 203. et πυρίπνευστος apud Musaeum de Her. v. 88.

*ΠΥΡΙΣΜΟ'Σ, *incendium.* אֵשׁ, *ignis.* Jos. VI. 24. ἐνεπρήσθη ἐν πυρισμῷ sec. Vat. ubi alii ἐμπυρισμῷ habent.

ΠΥΡΙΦΛΕΓΗ'Σ, *igneus, igne flagrans, ignitus.* Sap. XVIII. 3. στῦλον πυριφλεγῆ, columnam *igniflammeam,* h. e. *fulgurantem instar ignis.* h
Adde 3 Macc. III. 29. ubi est *igne incensus, combustus,* h. e. *desertus:* πᾶς δὲ τόπος ἄβατος καὶ πυριφλεγὴς γινέσθω. Quidni πυριφλεγής?

ΠΥΡΟ'ΒΟΛΟΣ, *ignes jaculans,* vel: *aptus ad jaculandos ignes.* Hinc

ΠΥΡΟ'ΒΟΛΟΝ, sc. βέλος, *telum incendiarium, sagittae, quae ab obsessis mittebantur in opera et milites obsidentium.* 1 Macc. VI. 51. πυρόβολα. Latinus interpretatur: *ignis jacula.* Graecis alias dicebantur διάπυρα i
βέλη, πυρφόρα βέλη, πυρφόρα τοξεύματα, πυρφόροι ὀϊστοί, βέλη πεπυρωμένα, et Latinis *malleoli, falaricae,* et *fervefacta jacula.* Conf. praeter Lipsium Poliorcet. Lib. V. Dial. II. p. 102. et Stewechium ad Vegetium Lib. IV. cap. 18. pag. 257. auctores citatos Wolfio ad Ephes. VI. 16. pag. 158. Confer et v. πυρφόρος ac καίω.

ΠΥΡΟ'Σ, in genere: *far, fruges, frumentum,* speciatim: *delicatius frumentum, triticum,* metonymice et quoque in singulari: *id quod ex tritico conficitur,* τὸ σῖτον, in

utro: *panis triticeus*, ὁ ἄρτος πυρι-
: דָּגָן, *frumentum*. Nehem. XIII.
2. δεκάτην τοῦ πυροῦ, decimas *fru-*
m quarumcunque. Symm. Psalm.
XXVII. 24. Sirac. XXXIX. 32.
ρὸς, μέλι, γάλα, h. e. *omnis generis*
mmoda, summa rerum ad vitam
ecessariarum. — חִטָּה, *triticum*.
ob. XXXI. 40. ἀντὶ πυροῦ ἐξέλθοι
οι κνίδη, pro *frumento* proveniat
nihi urtica, s. infelix lolium. Sym-
nach. ἀντὶ σίτου. Est formula pro-
erbialis. Confer Jerem. XII. 13.
oël. I. 11. οἱ κόροι πυροῦ, cori *tritici*.
Psalm. CXLVII. 14. ἐκ στέατος πυροῦ,
dipe s. flore, polline *tritici*, coll.
Deut. XXXII. 14. Exod. XXXIV.
22. ἀρχὴν (pro ἐν ἀρχῇ vel ἀπαρχῇ) θερισμοῦ πυρῶν, si primitias affers in messe tritici. Conf. Philon. Jud. de Fest. pag. 1192. — חִנְטִין Chald. plur. Esdr. VI. 9. VII. 21. Gloss. MS. in Cant. Script. πυροῦ, σίτου, quæ glossa pertinere videtur ad Deut. XXXII. 14. Hinc πυρηφόρος, *tritici ferax, frugifer*, i. q. σιτοφόρος apud Homer. Od. Γ', 495. et Hymn. in Apoll. v. 228. pro quo et cum Omicron legitur πυροφόρος apud Hesychium: πυροφόροιο, σιτοφόρου. quæ vox exstat in epitaphio Æschyli apud Plutarch. Lib. de Exil. pag. 604.

ΠΥΡΟΦΟ'ΡΟΣ (Legendum πυρφόρος aut πυριφόρος: nam πυροφόρος est *frumentarius*, ut monuit Hieronymus, aut potius omnino *is, qui brachiis vel tergo frumentum gerit*, unde quoque de *terra tritici ferace* dicitur. Vide supra s. v. πυρὸς, ac Homerum Iliad. Ξ', 123. et Φ', 602.), *ignifer, flammifer, facifer, antesignanus*. שָׂרִיד, *superstes in bello*. Abd. v. 18. sec. cod. Vat. Cod. Alex. habet πυρφόρος. Theod. κατάλοιπος. Aqu. ὑπολειφθείς. Symmach. ἐκφυγών. Bene. Mens enim Abdiæ est: *nemo erit residuus e bello de genere Esavi, aufugiet nemo gladium*. LXX respexerunt ad parœmiam Græcorum, si de cruenta clade et internecione dixere: οὐδὲ πυρφόρος, f sc. ἀπελείφθη seu ἐσώθη. Diogenian. Adag. Cent. VII. 15. intellexit de vate, ramum lauri et coronas gestante: hunc unum violare nefas erat. Mich. Apostol. Prov. Cent. XIV. 98. sumsit de sacerdote, altaris ignem incendente, sacrosancto etiam hoc. Hesych. πυρφόρος, ὁ πῦρ φέρων, καὶ ὁ μόνος διασωθεὶς ἐν πολέμῳ. Suidas: πυρφόρος, πῦρ φέρων. Πυρφό- g
ρους δὲ ἔλεγον τοὺς ἱερέας, τοὺς ἐπιβώμιον πῦρ ἀνάπτοντας. ἐν τοῖς οὖν πολέμοις εἰώθασι τῶν ἱερέων οἱ νικηκότες φείδεσθαι. Ἐπειδὴ τῶν παντελῶς ἡττηθέντων καὶ συμπατηθέντων ἐν τῷ πολέμῳ εἰώθασιν ὑπερβολῇ χρώμενοι οὕτω λέγειν, ὅτι οὕτως ἀπώλοντο, ὥστε οὐδὲ πυρφόρος (ταυτὸν δὲ εἰπεῖν, οὐδὲ ἱερεὺς) ὑπελείφθη τῷ στρατῷ. Adde Alex. ab Alex. Dies Genial. V. 3. pag. 35. et vide h
Salmasium in Not. ad Æl. Spartian. p. 108. Notas ad Hesych. et Jul. Polluc. Lib. I. cap. 35. ed. Hemsterhus. ac Kalinskii Diss. de Sacerdote Hebr. Vett. Bellico Lips. 1715. 4.

ΠΥΡΟ'Ω, *incendo, cremo*, it. *igne probo, exploro*. אָדַם, *rubeo*. Al. Thren. IV. 7. de Nasiræis: ἐπυρώθησαν, macilenti alias, nunc nitidi i
instar flammæ ignis rubuerunt, ubi nonnulli cum Nobilio legere malunt ἐπυῤῥώθησαν, *rutilabant*. Vide quoque infra s. πυῤῥόω. Aqu. Symm. Theod. Exod. XXV. 5. ubi quoque pro πεπυρωμένα Scharfenbergius legere mavult πεπυῤῥωμένα, *rufas* s. *colore rubro tinctas*. Equidem nihil mutandum censeo, nam etiam πεπυρωμένα *rutili accensique coloris* verti k
potest. — בָּחַר, *eligo*. Prov. X. 21. ἄργυρος πεπυρωμένος, argentum *igne probatum et examinatum*, adeoque lectissimum, eximii pretii, optimum. Non legerunt נִבְחָר, sed libere verterunt, sensu tamen non mutato. — נָטַע, *planto*, h. l. *alte infigo*. Cohel. XII. 11. ὡς ἧλοι πεπυρω-

a *μένοι* aut potius *πεπυρωμένοι*, clavi *urentes*, sc. *animos*, ut metaphorice h. l. expresserunt. Fortasse tamen legendum est *πεπαρμένοι*, *infixi*, a *πείρω*. — צָרַף, *conflo*, *purgo*, *quasi aurum et argentum igne tentatum.* Psalm. XI. 7. *ἀργύριον πεπυρωμένον*, argentum *igne purgatum*. Ps. LXV. 9. *ἐπύρωσας ἡμᾶς, ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον*, *explorasti* nos, quomodo argen-
b tum igne *exploratur*. Zach. XIII. 9. coll. Apoc. III. 18. Jer. IX. 7. ubi est i. q. *δοκιμάζειν*, coll. Ps. XXV. 2. 2 Sam. XXII. 31. *τὸ ῥῆμα κυρίου πεπυρωμένον*, h. e. *δόκιμον*, verissimum, certissimum, coll. Ps. XVI. 31. ubi Symm. *δόκιμον*. Theodoretus ad h. l.: *πεπυρωμένα τὰ δόκιμα λέγει καὶ ψεύδους ἀπηλλαγμένα*. Idem ad Ps. CXVIII. 139. ad verba *πεπυρωμένον*
c *τὸ λόγιόν σου* ait: *δόκιμός ἐστι καὶ ἀκίβδηλος ὁ σὸς λόγος, καὶ μώμου παντὸς ἐλεύθερος*. Psalm. XXV. 2. *πύρωσον τοὺς νεφρούς μου*, quod juxta Suidam *ἀντὶ τοῦ φλέξον ἢ καῦσον*. Adde Aqu. Symmach. Theodot. Ies. I. 25. — תּוֹעָפוֹת plur. *vires*. Job. XXII. 25. ubi כֶּסֶף תּוֹעָפוֹת est argentum *fulgens et candidum*, a יָפַע, *splendeo*. LXX pro Hebr. *Deus tibi*
d *argentum erit splendidum* scripserunt: *Deus te purum faciet, ut argentum candens*, h. e. *sordibus abstersis scelus omne piabit.* — תַּחַשׁ, *taxus*. Al. Exod. XXV. 5. *πεπυρωμένα*. Ita Bielius. Sed pertinet ad אָדֹם, quod vide supra: quanquam non ignoro, intt. nonnullos תַּחַשׁ sumsisse de *colore rubicundo*. Vide Bocharti Hieroz. P. I. Lib. III. 30.
e et Bynæum de Calc. Hebr. II. 3. 8. Judith. VIII. 17. ubi pro *ἐπύρωσεν* cum Syro legere mallem *ἐπείρασεν*. Esth. XV. 10. *ἄρας τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πεπυρωμένον δόξῃ*, elata, quæ majestate *ardebat*, facie. 2 Macc. IV. 38. *πυρωθεὶς τοῖς θυμοῖς*, *accensus* animis. Ibid. X. 35. XIV. 45. *πυρωθέντες, πεπυρωμένοι τοῖς θυμοῖς*, *inflammati*, *ardentes animo*, *animositate*, *ira*.
Vide Gataker. Adversar. cap. 44. f
2 Maccab. X. 3. *πυρώσαντες τοὺς λίθους*, *ignem excusserunt ex lapidibus*. 3 Macc. IV. 2. *στεναγμοῖς πεπυρωμένης τῆς αὐτῶν πάντοθεν καρδίας*, suspiriis cordis eorum undique *acerbissime afflicti*, coll. 1 Cor. VII. 9.

ΠΥΡΠΝΟΟΣ, pro *πυρίπνοος*, i. q. *πυρίπνευστος*, *ignivomus*, *ignem efflans ac spirans*. Sap. IX. 19. *θῆρες πύρπνοοι φυσῶντες*, bestiæ *ignivomum* spi- g
rantes flatum. Vox extat in Anthol. Gr. Lib. II. Ep. 14. 3. *χίμαιρα καὶ ἀγέλη ταύρων πυρίπνους*.

*ΠΥΡΠΟΛΕΩ, *igne et incendiis vasto*. 4 Maccab. VII. 4. Photius Lexic. *πυρπολεῖται, καίεται, ἐμπυρίζεται*. Eadem verba habet quoque Zonaras Lexic. col. 1599. Etymol. Gudianum 488. 36. *πυρπολουμένη,*
ἐμπυριζομένη, πυρπολῶ γὰρ τὸ καίω. h

ΠΥΡΡΑΚΗΣ, *flavus*, *rubicundus*, *rutilus*. אַדְמוֹנִי, cum terminatione quasi patronymica, ab inusitato אַדְמוֹן, *rubens*, *sanguineus*. Genes. XXV. 25. Esavus utero egressus *ἦν πυῤῥάκης*, erat *rufus*, forsitan crinibus: ubi Compl. habet *πυῤῥάκιος*. 1 Sam. XVI. 12. XVII. 42. Suidas et Hesych. *πυῤῥάκης*,
ξανθός. Ita et Lexic. Cyrilli MS. i
Brem. in quo præterea *πυῤῥὸς* *rufus* exponitur.

ΠΥΡΡΙΑΩ, *rubesco*, *rufus sum*. אָדֹם in Hiph. Al. Ies. I. 8. *πυῤῥιάσωσιν ὡς κόκκινον*, *rubra* sive *rufa fuerint*, ut coccinum. Sic enim pro *πυραίωσιν* legendum censet Drusius in Fragm. Vet. Int. Græc. p. 379. Curterius autem malebat *πυραίωσιν*.
Fortasse vera lectio est *πυῤῥιῶσιν*, k
sc. *ἁμαρτίαι*.

ΠΥΡΡΙΖΩΝ, *rubescens*, *rufus*, *fulvus*, a *πυῤῥίζω*, *rufum reddo*, vel *rufum colorem imitor*. אֲדַמְדָּם, *subrubidus*, *rubescens*. Levit. XIII. 19. 24. XIV. 37.

ΠΥΡΡΟΟΜΑΙ, *rufus* s. *rubicun-*

lus sum, rubesco. אָדֹם, idem. Al. Thren. IV. 7. ἐπυῤῥώθησαν.

ΠΥΡ'Ρ'Ο'Σ, *rufus, ruber.* אָדֹם, fœm. אֲדֻמָּה. Gen. XXV. 30. ἀπὸ τοῦ ἑψήματος τοῦ πυῤῥοῦ τούτου, de pulmento hoc *rutilo*. Num. XIX. 2. δάμαλις πυῤῥὰ, vacca *rufa*, quasi coloris ignei. Rufa animalia etiam extranei Diis offerebant. Sic Plutarchus de Ægyptiis in Isid. et Osir. p. 363. A. τῶν βοῶν τοὺς πυῤῥοὺς καθιερεύουσιν. Theocrit. Idyll. Δ', 20. Zach. VI. 2. ἵπποι πυῤῥοί. Aquila addit: καὶ ξανθοί. 2 Reg. III. 22. τὰ ὕδατα πυῤῥὰ ὡς αἷμα, aqua instar sanguinis *rubens*. Confer infra in v. ψαρός. — אִשֶּׁה, *ignita oblatio.* Aqu. Theod. Exod. XXIX. 18. Levit. II. 9. ubi in Cod. Paul. Lips. πυρὸν legitur. Aqu. Lev. X. 11.

*ΠΥΡ'Ρ'Ο'Σ ΕἸΜΊ, *rufus sum.* הֶאְדִּים Hiph. ab אָדֹם. Symm. Ies. I. 18. ubi vid. Montfauconius.

ΠΥΡ'Ρ'Ο'ΤΕΡΟΣ, comp. *rubicundior.* אָדֹם, *ruber sum.* Symmach. Thren. IV. 7. πυῤῥότεροι.

ΠΥΡΣΕΥ'Ω, *accendo ignem* seu *lucernam, incendo, facem accensam attollo* vel *præfero, præluceo.* הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *reverti facio.* Job. XX. 10. sec. Vat. αἱ χεῖρες αὐτοῦ πυρσεύσαισαν ὀδύνας, manus ejus *incendent* dolores, aut *facem præferent* ad dolores. Suidas: πυρσεύει, πῦρ ἐξάπτει. καὶ πυρσεύω σοι τὴν σωτηρίαν, ἀντὶ τοῦ ἐκφαίνω καὶ ἀνάπτω καὶ ἄνωθεν δεικνύω τὸ κάλλιστον, οἷα τὶς πυρσὸς καὶ φρυκτωρία ἄνωθεν ἐπιδεικνύουσα τὸ σῶσον τοῖς εἰς λιμένα καὶ ὅρμον ἐπειγομένοις. Idem: πυρσεύσασαν, φλέξασαν. Forte ex Job. l. c. legendum πυρσεύσαισαν, φλέξαισαν. Hesych. πυρσεύει, δᾳδουχεῖ, λάμπει, ἐξάπτει, ἅπτει πῦρ. Lexic. Cyrilli MS. Brem. πυρσεύει, λαμπαδεύει, διὰ πυρὸς σημαίνει. Idem: πυρσεῦσαι, πῦρ ἅψαι, διὰ πυρὸς φωτίσαι. — Vide alibi δόλος.

ΠΥΡΣΟ'Σ, *strues lignorum incensorum, quæ nocte procul lucebat nautis, ligna ardentia, faces ardentes,* item *fax, signum per ignem,* et *incendium.* f מַשְׂאֵת, *ascensio,* h. e. *flamma aut fumus, si sursum fertur.* Jud. XX. 31. sec. cod. Oxon. Ibid. v. 38. ἀνενέγκαι πυρσὸν τοῦ καπνοῦ ἀπὸ τῆς πόλεως, ut ascendere facerent illi *signum fumi* de urbe. Vide et Jud. XX. 40. ὁ πυρσὸς ἤρξατο ἀναβαίνειν, incendium perrexit *accrescere.* Cod. Alex. priori loco πύργον τοῦ καπνοῦ, fumum turris instar evectum, g posteriori πύργος legit, intellecto iterum τοῦ καπνοῦ. Aliæ Editt. utrinque legunt σύσσημον, symbolum, h. e. signum ex composito datum, de quo convenerat inter eos. Scil. fumus erat signum, ut Israëlitæ prœlium restaurarent cum Gibeonitis. Veteres autem signa dabant ex composito præcipue πυρσοῖς, *facibus accensis.* Pausan. Corinth. pag. h 67. Wechel. Sext. Empir. L. VIII. Adv. Mathem. §. 193. ubi videndus Fabricius Not. pag. 494. Æn. Poliorcet. cap. 10. fin. Homer. Il. Σ', 211. Hesych. πυρσοὶ, λαμπάδες καιόμεναι, λαμπτῆρες, φρυκτώρια. Idem: πυρσὸς, λαμπὰς, ἢ διὰ πυρὸς σημεῖα. Suidas: πυρσοὶ, λαμπάδες, πυρκαϊαὶ, λαμπτῆρες, φρυκτωρίαι.

ΠΥΡΦΟ'ΡΟΣ, *ignem ferens, ignifer,* i speciatim *vates* aut *sacerdos, qui olim apud Græcos præcedebat aciem, lauro tempora cinctus, tenensque facem ardentem manu, cujusque vitæ, ut hominis sacrosancti, etiam hostes parcebant.* שָׂרִיד, *superstes.* Al. Abd. v. 18. Vide supra s. v. πυροφόρος, et adde Fischerum de Verss. GG. V. T. p. 130. seq.

ΠΥΡΦΟ'ΡΟΣ, scil. ὈΙ"ΣΤΟ'Σ, *sagitta ignifera.* k כִּידוֹן, *lancea* aut *telum, jaculum.* Job. XLI. 21. crocodilus καταγελᾷ σεισμοῦ πυρφόρου, scil. ὀϊστοῦ, deridet strepitum *sagittæ igniferæ.* Legerunt fortasse כִּידוֹר, quod *scintillas ignis* significat; coll. v. 11. Pollux Lib. I. c. 10. segm. 137. εἰσὶ δὲ καὶ πυρφόροι ὀϊστοί, ubi

a vide Intt. De iisdem Philo Lib. III. de Vit. Mosis p. 461. ἤδη γοῦν καὶ στόλους μεγάλους ἐπιβατικοὺς πλήρεις ὀϊστοὶ πυρφόροι κατέφλεξαν βληθέντες, καὶ ὅλας πόλεις ἐξανάλωσαν, αἳ σμηχόμεναι μέχρι θεμελίων εἰς τέφραν ἐδαπανήθησαν. Musæo de Her. v. 41. et 88. πυρίπνευστοι et πυριπνέοντες ὀϊστοὶ audiunt, ubi tamen metaph. de Cupidinis s. amoris vi usurpantur.
b Vide supra s. v. πυρόβολος.

ΠΥΡΩ'ΔΗΣ, *ignitus, igneus, ardens ut flamma*. Sir. XLIII. 5. sol ἀτμίδας πυρώδεις ἐμφυσῶν, sol vapores *igneos* exhalans. Apud Jul. Polluc. V. 110. regio vocatur πυρώδης, solis fervore arida, torrida. Sir. XIX. 26. sec. Compl.

ΠΥ'ΡΩΣΙΣ, *combustio, incendium, uredo, conflatio*. אֲכָלָה, *cibus*. Ex.
c XXIII. 37. אֲכָלָה h. l. de *consumtione per ignem* accipiendum est: sermo enim est de cultu sacro *Molochi*. — כּוּר, *fornax*, per synecdochen *catinus*. Proverb. XXVII. 21. χρυσίῳ πύρωσις, aurum fornace probatur: ubi Schol. χωνευτήριον. — שִׁדָּפוֹן, *uredo segetum*, seu, *vitium frugum, quod provenit ex æthere ignifero et nimia siccitate*. Amos IV.
d 9. ubi πύρωσις est *uredo, adustio intensa*. Hesych. πύρωσις, δοκιμασία.

ΠΥΡΩΤΗ'Σ, *qui igne excoquit et purgat, fusor, aurifex, aurifaber*. צֹרֵף, idem. Nehem. III. 8.

ΠΩ'ΓΩΝ, *barba*, veluti πόα γενίου, *herba fruticans in mento*. זָקָן, idem. Levit. XIX. 27. XXI. 5. ἡ ὄψις τοῦ πώγωνος, h. e. *barba*: ὄψις enim inservit periphrasi ex Hebraismo.
e 1 Sam. XXI. 13. et alibi sæpius.

ΠΩΛΕ'Ω, *vendo, emancipo, prostituendi corporis causa trado cauponi aut aliis*. מָכַר. Ezech. VII. 13. ὁ κτώμενος πρὸς τὸν πωλοῦντα, emtor ad venditorem, sc. non redibit, ut alioquin fieri solet anno Jobelæo, privilegio non fruetur legis, quæ extat Lev. XXV. 13. Exod. XXI. 8. ἀλλοτρίῳ οὐ κύριός ἐστι πωλεῖν αὐτήν, non f
licet filiam per venditionem e patria potestate dimittere. Joël. III. 3. τὰ κοράσια ἐπώλουν ἀντὶ οἴνου, tradiderunt puellas (cauponi) pro vino, quod biberant, h. e. tenui pretio. *Vendere* est quæstui corporis exponere et aliis tradere. Suidas in πωλοῦσι: πωλεῖν γὰρ τὸ παρέχειν τοῖς βουλομένοις· ὅθεν καὶ τὸ πορνεύειν, ὅπερ ἐστὶ περᾷν. — שָׁבַר. Gen. XLI. 57. XLII. 6. — g
הִשְׁבִּיר Hiph. Symm. Prov. XI. 26.

ΠΩ'ΛΟΣ, *pullus, asellus, mulus, hinnulus cervæ, dama, rupicapra*. יַעֲלָה, *dama, dorcas, rupicapra*. Prov. V. 19. Vide Opusc. Crit. p. 278. Gataker. de Stilo N. T. c. 16. extr. et D'Arnaud Anim. Crit. p. 107. — עַיִר, *pullus asini, asellus*. Gen. XXXII. 15. XLIX. 11. Jud. h
X. 4. XII. 14. Aqu. Symmach. Theod. Ies. XXX. 6. — עֹפֶר, *hinnulus*. Aqu. Cant. II. 9. Suidas: πῶλοι κυρίως τὰ γεννήματα τῶν ἵππων καὶ τῶν ἄλλων κτηνῶν, ἅπερ ἔθος ἔχομεν καταψᾷν καὶ κολακεύειν: ubi vid. Küsterus.

ΠΩ'ΛΟΣ ΝΕ'ΟΣ, *pullus novus*. בֶּן אֲתֹנוֹת, *filius asinarum*. Zach. IX. 9. Scil. non omnes πῶλοι sunt i
νέοι, siquidem vel triennes et magis adultiores πῶλοι nominantur. Lex. MS. Colbert. in du Fresne Gloss. Græcit. p. 1278. πῶλος, ὄνος τριέτης. Jud. XII. 14. ἐπιβεβηκότες ἐπὶ πώλους.

*ΠΩ'ΜΑ, *potus, potio*, i. q. πόμα. Confer Eurip. Ion. 1199. ubi vid. Barnesius. מִשְׁתֶּה, *potatio*, metonymice *potus, qui bibitur*. Esdr. III. k
7. βρώματα καὶ πώματα sec. ed. Wechel. a. 1597. quam secuti sunt Kircherus et Trommius. Cod. Vat. et Alex. ποτά. Ald. πόματα. Vide Ammon. de Differ. Verb. s. πόμα. Zonaras Lex. col. 1601. πῶμα, τὸ ἐπίπασμα. Confer Homer. Il. Δ', 116. et Π', 221. Photius: πῶμα,

a τὸ πορὸν οὕτως λέγουσιν. Adde Etymol. M. Gudianum 475. 14.

ΠΩΜΑ'ΖΩ, *operculo tego, operio, obruo.* כָּסָה, *tego.* Ps. CXXXIX. 10. πωμασάτω αὐτοὺς, *operiat* seu *obruat* illos, ut sit a πῶμα, *operculum.* Potest quoque verti: *potus eorum sit*, quod convenit *veneno*, ut deduxerit a radice deperdita כּוּס, *potare.*

b ΠΩ'ΠΟΤΕ, *unquam.* מִיָּמִים, *a diebus.* 1 Sam. XXV. 28. ubi de tempore futuro dicitur. De tempore præterito legitur 1 Reg. I. 6. sec. Compl.

ΠΩΡΟ'Ω, *hebeto, occæco, callum obduco, obduro, caligo, deliro instar cæci.* כָּהָה, *caligo, rugas contraho.* Job. XVII. 7. πεπώρωνται γὰρ ἀπ' ὀργῆς οἱ ὀφθαλμοί μου, *caligant* mihi
c præ indignatione oculi. Suid. πεπώρωται, τετύφλωται. Hesych. πεπωρωμένοι, ἐσκληρωμένοι, τετυφλωμένοι. Id. ἐπωρώθησαν, ἐτυφλώθησαν. Est a πωρὸς, quod *cæcum* denotat. Suidas: πωρὸς, ὁ τυφλὸς, καὶ πώρωσις, ἡ τύφλωσις. Conf. Lex. N. T. s. h. v.

ΠΩ~Σ, *quomodo.* *אַךְ. Theod. Jon. II. 5. — אֵיךְ. 1 Par. XIII. 12. Dan. X. 17. — *חַיֶּךָ, *vita tua,* s. *per vitam tuam*, aut, ut Vulgatus d
reddidit, *per salutem tuam.* 2 Sam. XI. 11. πῶς; h. e. *quomodo hoc faciam?* aut: *quo jure hoc a me postulari possit?* Legerunt הֵיךְ, quæ lectio est longe præferenda textuali. — *כִּי. Hebr. Int. Job. XV. 14. — מִי יִתֵּן, *quis dabit*, h. e. *utinam.* Job. XI. 5. Πῶς, æque ac πῶς ἂν, quandoque reddendum esse *utinam*, docuit Doct. Schæferus in e
Meletem. Crit. in Dionys. Art. Rhetor. p. 100. — *צַדִּיק, *justus.* 2 Sam. XXIII. 3. Legendum sine dubio δικαίως.

ΠΩ~Σ 'ΑΝ ΓΕ'ΝΟΙΤΟ, *quomodo fiet vel erit?* מִי יִתֵּן, *quis dabit?* Deut. XXVIII. 67. Vide supra s. πῶς.

ΠΩ~Σ ΟΥ'ΧΙ', *quanto magis.* אַף כִּי. Prov. XV. 11.

ADDENDA.

a P. 492. *b.* 10. — *ΝΑΝΑΙ'Α, *Nanæa* seu *Nanna*, deæ nomen apud Persas, quam et Ναναῖον dici observat Bulengerus in Eclogis ad Arnobium et in Polybio Lib. X. (27. 12.) invenit, ubi nunc Αἴνη legitur. Commemoratur 2 Macc. I. 13. ἐν τῷ τῆς Ναναίας ἱερῷ, in quo Antiochus interfectus est. Ib. v. 15. τῶν ἱερῶν τῆς Ναναίας, ubi cod.
b Alex. τοῦ Ναναίου habet. H. Relandus in Diss. Miscell. T. II. p. 202. putat, Nanæam esse vocem Persicam ننه, *Nane*, quæ *matrem* notat, convenientissimum *deæ* nomen, unde et μήτηρ θεῶν et Δημήτηρ apud Græcos, et *Magna Mater* apud Latinos, et Μήτηρ simpliciter. Nonnullis viris doctis est *Diana*, Beyero in Additam. ad Seldenum de Diis
c Syris p. 331. *Venus Elymæa.* Vide Kippingii Recens. Antiquit. p. 29. seq. et Philippum a Turre in Monumentis Veteris Antii p. 194.

P. 499. *i.* 11. post seq. — His adde Gen. XLIX. 24. καὶ ἐξελύθη τὰ νεῦρα βραχιόνων χειρῶν αὐτῶν, quibus verbis nihil respondet in textu Hebraico. LXX videntur νεῦρα ex ingenio interpretamenti causa addi-
d disse, aut coaluerunt duæ versiones vocis זְרֹעֵי. Nonnulli βραχιόνων delendum existimarunt.

P. 500. *e.* 5. — *ΝΕ'ΦΘΑΡ et ΝΕΦΘΑ'Ρ. 2 Macc. I. 36. sec. Alex. Ald. et Compl. νέφθαρ, ὃ διερμηνεύεται καθαρισμός. Hadr. Relandus in Diss. Miscell. P. II. p. 112. et 176. ἐφθὰρ legendum judicat, ac Persice scriptum آب طاهر *Ab Tahr*, h. e.
e *aqua munda.*

P. 501. *b.* 7. — *ΝΕ'ΩΤΑ, præmisso εἰς vel ἐς, εἰς νέωτα, *in annum novum, venturum, sequentem.* בָּעֵת חַיָּה, *secundum tempus vitæ.* Gen. XVIII. 10. κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, εἰς νέωτα. Ita Philo de Abrahamo Vol. V. p. 288. ed. Pfeifer. Verba εἰς νέωτα desunt textui LXX Intt. ac sunt vel Aquilæ vel alius Interpretis. Philonis esse statuit Wesselingius f
in Epistola ad Venemam pag. 25. Hesych. νέωτα, εἰς τὸ ἐπιὸν ἢ μέλλον ἔτος. Mœris: νέωτα, Ἀττικῶς. τὸ μέλλον ἔτος, Ἑλληνικῶς.

P. 502. *b.* 4. post sæpius. — Jerem. XLVII. (Gr. XXIX.) 4. כַּפְתּוֹר transtulerunt per τῶν νήσων, aut non lecta, aut, quod potius reor, pro spuria habita voce כַּפְתּוֹר, quod absurda prodire videbatur g
sententia: *insulæ Cappadociæ.* Habet quidem Ed. Complut. τῶν νήσων τῆς Καππαδοκίας, sed editores ejus Græcam versionem ad textum Hebraicum et Latinum correxisse, res est suspicionis plena.

P. 507. *f.* 8. post 6. — ubi tamen, ut hoc obiter moneam, loco impressi κόμμα ἴδιον νόμισμα legendum videtur κόμμα ἰδίου νομίσματος. h
Certe Vulgatus habet: *percussuram proprii numismatis.* Cæterum vide ad h. l. Deylingii Obss. SS. P. III. p. 222. seq.

P. 511. *g.* 11. post Junius. — His adde Job. XII. 11. ubi videndus L. Bos. Eadem confusio vocum νοῦς et οὖς locum quoque habet Job. XXXIV. 3.

P. 514. *g.* 8. post habent. — Ex i
Houbigantii sententia scripserunt ἐνίσταξεν, quod propius ad vulgatam lectionem accederet.

P. 521. *c.* 11. post c. 9. — ac Th. Ittigii Opuscula Varia pag. 1. seq.

a P. 522. d. 2. post Araba. — *אֲשֶׁר, *qui*. Theodot. Gen. I. 29. τὸν πάντα χόρτον σπερμαίνοντα σπέρμα τοῦ (hic necessario legendum τὸν) ἐπὶ πᾶν πρόσωπον τῆς γῆς.

P. 527. h. 3. post tueri. — 'Οδὸς valet i. q. οὐδὸς, *limen*. Sic Eustathius in Homer. Il. Α', pag. 118. Vide quoque Sophocl. Œd. Col. p. 321.

b P. 532. i. 4. post est. — Cæterum in Aquilæ reliquiis num fortasse legendum est οἰάκισις? Sed amat Aquila verba in οω desinentia.

P. 540. a. 8. post *est*. — 1 Macc. II. 19. πάντα τὰ ἐν οἴκῳ, ubi Syrus vel vere legit, vel ita interpretatus est, ac si scriptum esset τὰ ὑπὸ τὰ ὑπήκοα τῇ βασιλείᾳ κ. τ. λ.

P. 548. h. 5. post legitur. — c Origenes quoque contra Celsum legit οὐκ ὀλιγοστὸς, quod defendit Olearius de Stilo N. T. p. 48. Fortasse tamen verba ὀλιγοστὸς εἶ κ. τ. λ. interrogative scribenda et accipienda sunt, ut conveniant cum Matth. II. 6.

P. 568. c. 10. post *auditur*. — ubi, ut hoc obiter addam, suspicari tamen aliquis posset Paulum scrip-d sisse νομίζεται. Vulgatus error librariorum, qui sæpius ὀνομάζω pro νομίζω et contra ponunt. Sic apud Philonem Allegor. Tom. I. p. 135. ed. Pfeifer. pro ὠνόμασται melius fortasse legitur νενόμισται.

P. 571. f. 4. post נְחִרַת. — (Si aliam lectionem vere secuti sunt, in suis codd. potius repererunt נחצת, coll. 1 Sam. XXI. 8.)

P. 591. a. 7. post habet. — Houbigantius ad h. l.: Græci ὁρμήμα non deducunt ex radice רעה, f *malum*, nam *malum* omittunt, sed forsan ex scriptione פרע, quæ eadem est Samaritanorum. Nam ὁρμᾷν Græcis idem fere ac Chaldaicum פרע, *properare*, unde Chaldaice בפריע, *celeriter*.

P. 592. e. 5. — post ῥαδάμνος. — Etiam Job. XV. 32. sec. ed. Complut. hoc vocabulum pro vulgari ῥάδαμνος legitur. g

P. 596. i. 8. post *est*. — 1 Macc. III. 48. περὶ ὧν ἐξηρεύνων. Loco περὶ ὧν lege περὶ οὗ, aut in antecedentibus τὰ βιβλία loco τὸ βιβλίον. Sed vide de h. l. Seldenum de Diis Syris p. 34. seq.

P. 604. g. 7. — *ΟΥΔΑΝΟ'Σ. Job. XXV. 4. sec. cod. Alex. οὐδανὸς οὐ καθαρός. Legendum οὐρανός. Cæterum nihil his verbis respondet in h textu Hebraico.

P. 608. b. 3. post sæpius. — Præterea legitur Ies. V. 30. sec. Compl. Ald. Arab. et Copt. εἰς τὸν οὐρανὸν ἄνω, e quibus verbis, quibus nihil respondet in textu Hebr., verba Hebraica corrigere conatur Lowthius. Sed, ut bene monuit Bauerus in Critica Sacra V. T. p. 427., exemplaria Græca ex Ies. i VIII. 21. 22. interpolata esse videntur; phrasis autem *cœlum intueri* aliena est a re, quam vates describere voluit.

P. 624. i. 3. post νανίσκος. — Vulgatus: *reliqua ipsi cum suis diviserunt*. Houbigantio ad h. l. παιδία sunt famuli et servi, qui in exercitu erant, et cum heris suis pugnaverant.

FINIS VOLUMINIS SECUNDI.

Excudebant Andreas et Joannes M. Duncan,
Academiæ Glasguensis Typographi.